Reſtrictus Facti, & Iuris
IN CAVSA
Romana Succeſſionis.

Pendente coràm

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.

THESAVRARIO
SANCTISSIMI D. N. PAPÆ

CLEMENTIS XI.

PRO

D. Maria Hieronyma Arnalda Nepte, & Hærede bo. mem. Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONTRA

Reu. Cameram Apoſtolicam, Illuſtriſſimos DD. Seluaginam Grimaldam, Paulam, & Carolum de Lomellinis, Io: Stephanum Pallauicinum Nobiles Ianuenſes, ac V. Monaſterium S. Bernardini Vrbis.

Typis De Comitibus 1714.

Digitized by Google

SUMMARIUM
Contentorum in præſenti Allegatione.

PRIMA PARS.

§.1. QVæ ſint Perſonæ concurrentes ad inteſtatam ſucceſſionem de qua agitur.
2. Motiuum, quare hucuſque dilatum fuerit ſcribere in cauſa.
3. Motiuum ſcribendi.
4. DD. Lomellini, cæterique coniuncti ex latere paterno non habent Ius ſuccedendi.
5. *Cum* 8 *ſeqq.* Ab eadem ſucceſſione repellitur quoque Monaſterium S. Bernardini.
14. Item Fiſcus ob exiſtentiam Neptis defuncti Marchionis ex latere Materno.
15. Conſanguinitas in hoc caſu non eſt probanda per gradus diſtinctos, & ideò D.Maria Hieronyma non tenetur probare filiationem Marchionis ex Antonia Calcia.
16. *Cum duobus ſeqq.* Non obſtante concurſu aliorum Prætendentium, & Fiſci, contra quem ſufficit probare Conſanguinitatem denotatiuam, quod Actor ſit intrà decimum gradum, & declarantur contrariæ auctoritates.
19. *Cum duobus ſeqq.* Contra Fiſcum ſufficit probatio Conſanguinitatis etiam in genere, imò leuior, & ſemiplena, & recenſentur punctuales auctoritates.
22. *Cum duobus ſeqq.* Binæ efficaciſſimæ rationes, quarè dicta mitior probatio ſufficiat.
25. *Et ſeq.* Ex appræhenſione Bonorum facta à Fiſco non grauatur hæc Pars duriori onere probandi, & de ratione.
27. *Et ſeq.* Sufficiens probatio pro D. Maria Hieronyma reſultat ex ſolis Teſtibus examinatis ſub Anno 1675.
29. Quamquam ad perpetuam.
30. Quia Defunctus illis pluribus modis vſus eſt.
31. *Cum ſeq.* Et probatur vſus in Iudicio Adſcriptionis ad Nobilitatem Ianuenſem.
33. Item in altero Iudicio ſuper nullitate Donationis.
34. *Cum tribus ſeqq.* Qui vſus in Iudicio Adſcriptionis vt ſupra proceſſit de mandato defuncti Marchionis.
38. *Cum quatuor ſeqq.* Et ex pluribus ſubſequutis factis eiuſdem inducentibus indeclinabilem ratificationem,& approbationem depoſi-

tionis dd. Teſtium cum plena ſcientia illius continentiæ.

43. *Cum tribus ſeqq.* Illa probatio tamquam facta in Cauſa ſtatus Perſonæ, licèt ad diuerſum effectum, afficit ad omnes, & quoſcumque alios effectus, & præcipuè ad hunc ſignatum Succeſſionis ex Doctrinis indiuidualibus, declaratis contrarijs.

47. *Cum quatuor ſeqq.* Fiſcus tenetur ſeruare factum, & ſtare confeſſionibus Defuncti, quia in hac parte habetur loco hæredis iuxtà communem DD. ſententiam, & conciliantur contrariæ auctoritates.

52. *Cum tribus ſeqq.* Operatio confeſſionum defuncti Marchionis non eſt reſtringibilis ad leuiores effectus alimentorum, ſed porrigitur quoque ad illum grauiorem ſucceſſionis cum declaratione contrariorum.

55. *Et ſeq.* Depoſitio Teſtium Anni 1675. confouetur ex mutuis tractatibus, & agnitionibus, & primo Carolus Pallauicinus Pater Marchionis agnouit Antoniam Calciam in Matrem Nicolai Mariæ, & D. Antonia ipſum Nicolaum Mariam in filium.

57. Idem Nicolaus Maria agnouit in eius Sororem vterinam Paulam Mariam Calciam, à qua prognata eſt D. Maria Hieronyma Principalis.

58. Pariter agnouit D. Mariam Hieronymam in ſuam Neptem.

59. Cæteri Nobiles Conſanguinei Marchionis, eiuſque Cognoſcentes reputarunt, & tractarunt Paulam Mariam tamquam Sororem vterinam eiuſdem Marchionis.

60. *Et ſeq.* Ex quibus Tractatibus, vel reſultat probatio Conſanguinitatis, vel maior roboratio, & adminiculatio Confeſſionum iudicialium defuncti Marchionis ſuper tali parentela.

62. *Et ſeq.* Refelluntur obiectiones, quæ fiunt exaduerſo dd. ſingulis Tractatibus.

64. Epiſtolæ mentionem facientes de gradu parentelæ, ac de ipſa parentela quamuis conſcriptæ à Paula Maria, Io: Dominico Arnaldo, & à Maria Hieronyma, nihilominùs tamquam receptæ, lectæ, & retentæ à Marchione vſque ad obitum ſine contradictione, important confeſſionem eiuſdem parentelæ ex communi DD. placito.

65. Cui non obſiſtunt auctoritates contrariæ, quæ declarantur, & retorquentur.

66. Abſque eo quod idem Marchio in ſuis reſponſiuis opus haberet, quod vteretur titulis ſignificatiuis parentelæ, Tum ex punctualibus auctoritatibus, tùm ex quo, facto ipſo, annuendo petitis, veritatem rei comprobabat.

67. Sicuti nec opus fuit, quod ijdem ſcribentes in vnaquaque Epiſtola anteponerent parentelam Oculis Marchionis, qui tamquam in excelſiori gradu poſitus ab egenis Conſanguineis ità compellari egrè tuliſſet.

68. Nominatio, & reputatio Extraneorum in Conſanguineum defuncti multum facit, ſignantèr ad excluſionem Fiſci, & quando alijs iuuatur adminiculis.

69. Et

Digitized by Google

69. Et fortiùs ſi iſta opinio, & reputatio inualuit apud Conſanguineos, & Domeſticos Defuncti, prout hic, & reijciuntur æquiuoca in facto circa Epiſtolam Simonis Pallauicini.
70. Probatio Tractatuum educta à Teſtibus ſufficit quamquam non fuerint formiter examinati, ſuppletur enim ex dignitate, nobilitate, & numerò eorumdem.
71. Rurſus ex quo affertur in ſimplici linea adminiculatiua ad confeſſiones ipſius Marchionis, in quibus ſtat ſolida, & immota baſis.
72. Quòd Tractatus Conſanguineorum potuerint procedere ex erronea credulitate, reijcitur tam in Facto, quàm in Iure.
73. Concluſio primæ partis, quod probatio D. Mariæ Hieronymæ plenè remaneat confecta ex præmiſſis.

SECVNDA PARS.

74. Firmatur, quod etiamſi quæſtio eſſet de filiatione, onus tamen probandi principalitèr incumberet Reu. Cameræ, demonſtrando quod Marchio non ſit filius Antoniæ Calciæ. Ratio eſt quia Marchio probando ſe filium d. Antoniæ, & ſtando in Iudicio tamquam talis, conſtituit d. Antoniam in quaſi poſſeſſione Maternitatis, & cæteros ab ea deſcendentes in eadem quaſi poſſeſſione correlatiuæ conſanguinitatis.
75. Quæ quidem quaſi poſſeſſio roboratur ex agnitionibus, & Tractatibus ſupra relatis,
76. *Et ſeq.* Et transfert onus probandi contrarium per negatiuam coarctatam in Fiſcum.
78. Tàm ſi agatur ad effectum alimentorum, quàm ad effectum plenæ Succeſsionis, explicatis auctoritatibus adductis in contrarium.
79. Et concluſio procedit etiam in quibuſcumque illegitimis, damnatoque coitu procreatis.

TERTIA PARS.

80. In hac contraria probatione Reu. Camera totaliter deficit, immò D. Maria Hieronyma etiam abſque neceſsitate eamdem filiationem euidentèr probat, & primò per Teſtes examinatos ad Inſtantiam Caroli Pallauicini ſub anno 1664. formiter reaſſumptos 1665.
81. Qui tametſi reticeant Cognomen Antoniæ Matris, illud tamen ex alijs remanet ſuppletum.
82. Eſſe enim loquutos de ipſa ſignata Antonia Calcia probauit ipſe Nicolaus Maria per dd. alios Teſtes examinatos de Anno 1675. itaut vna probatio veniat ſuppletiuè ad aliam.
83. Identitas eiuſdem Antoniæ comprobatur ex alijs circumſtantijs, & primò

Google

primò ex tribus Teſtibus, qui deponunt de ſignis conuenientibus tali Antoniæ.

84. *Et ſeq.* Et ſignantèr ex loco vbi inhabitabat, explanatis æquiuocis contrarijs.

87. Ex identitate Nutricis, cui Marchio fuit traditus lactandus, in qua conueniunt priores, & poſteriores Teſtes.

88. Item ex identitate Obſtetricis adhibitæ in puerperio, in qua primi, & ſecundi Teſtes conueniunt.

89. *Et ſeq.* Similiter ex quo Matrina in Baptiſmate Nicolai Mariæ fuit Reu. Ioanna Maria Monialis Soror ipſius Caroli Pallauicini, quæ recognouit Paulam Mariam in Sororem vterinam eiuſdem Nicolai Mariæ, & ex alijs.

91. Refutatur obiectio, quod Teſtes, *& Card. de Luca* loquantur de Muliere Nobili (qualitas minimè conueniens Antoniæ Calciæ ad ſenſum Partis) & rei genuina veritas ad ſuam lucem vindicatur vſque ad §.93.

94. Debuit occultari ex honeſtate Cognomen Matris, non obſtantibus reflexionibus contrarijs, quæ non ſubſiſtunt.

95. Concluditur, quod iſta maternitas concordi depoſitione ſex Teſtium remanet conſtabilita, vltrà duos de auditu.

96. *Et ſeq.* Filiatio ex parte Matris non eſt taxatiuè probanda per Teſtes de viſu egreſſus à venrre materno, ſed ex alijs etiam haberi poteſt, imò ex præſumptionibus quoque, & coniecturis, & ſingillatim reſpondetur auctoritatibus contrarijs.

98. Aſsignatur viua ratio huius communis concluſionis.

99. *Et ſeq.* Teſtes explicantes Cognomen Matris de Anno 1675. tamquàm mortui in tali depoſitione habentur prò formitèr repetitis, & Alter ex illis nempè Paula Maria deponit de viſu Partus, & Confredus de prægnantia Antoniæ, & tamen id non eſſet neceſſarium ex ſuperiùs dictis.

101. Reſpondetur ad ideatam Machinationem in ordine ad examen dd. Teſtium, & oſtendirur plana, & limpida veritas ex ipſis Epiſtolis DD. Spinulæ, & Pallauicini etiam per Syllabas examinatis vſque ad §. 103.

104. Non mirum ſi de Anno 1675. poſt Contagionem adeſſet difficultas inueniendi Teſtes de omnibus, & ſignantèr de viduitate Antoniæ informatos, & Paula Maria in ſuo examine nihil dicit de notorietate, Confredus verò de eadem notorietate in Vicinia deponit relatiuè ad tempus æditi Partus antè ſuperuenientiam Peſtis.

105. Reſpondetur ad contrariam reflexionem, quod Anno 1675. potuiſſent examinari Obſtetrix, & Nutrix, & oſtenditur illius Irreleuantia.

106. Prout irreleuans æquè probatur altera, quod potuiſſent reexaminari illimet teſtes in Anno 1664. examinati.

107. Teſtimonium Paulæ Mariæ quantumuis Sororis vterinæ Marchionis

nis de Iure admittendum in materia probandæ Conſanguinitatis, & filiationis.

108. Non obſtante aſs. remoto, & inſperato Intereſſe poſsibilis ſucceſſionis, de qua illa non potuit tunc temporis cogitare.

109. Vindicatur ab Impictis mendacijs depoſitio d. Paulæ Mariæ, & verax in omnibus ad oculum comprobatur.

110. *Et ſeq.* Reijciuntur ex facto aliæ leuiores Criticationes contrà dd. duos Teſtes examinatos ſub Anno 1675.

112. Et concluditur, quod nec Fiſcus, nec Monaſterium S. Bernardini poſſunt impugnare eorum depoſitionem, quæ ſequuta eſt ex facto Marchionis, eoque mandante, approbante, & ratam habente.

113. *Et ſeq.* Tolluntur exceptiones oppoſitæ contrà alios Teſtes vltimo loco examinatos.

115. *Cum tribus ſeq.* In eminentem comprobationem filiationis Nicolai Mariæ ab Antonia Calcia enucleatur grauiſsima circumſtantia facti, quod in lite, quam Marchio habuit cum fratre ſuper donatione, ſuppoſita fuit hincindè pro certâ Matre eadem Antonia, & punctus ſtetit in ſola probatione eius Viduitatis de tempore Conceptionis, quæ Viduitas eximijs diligentijs probata fuit à D. Marchione, & victoriam reportauit.

119. Contrà hoc tam eſſentiale factum nihil releuans replicatur exaduerſo.

120. Et grauitas eiuſdem circumſtantiæ pluribus alijs reflexionibus roboratur vſque ad §.122.

123. *Cum duobus ſeqq.* Teſtibus, dictæque releuantiſsimæ circumſtantiæ, de qua ſupra, aſſociantur reciprocæ agnitiones, & tractatus.

126. Et omnia coronat, quod non indicatur alia Mulier, à cuius ventre exiuerit Marchio, atque omnia armonicè clamant prodijſſe ab vna Antonia, & quidem ab hac ſignata Antonia Calcia.

127. Quæ ſi ſufficerent ſi quæſtio filiationis veniret *principaliter*, & nulla huic Parti aſsiſteret quaſi poſſeſsio Conſanguinitatis, ſuperabundant vtique, tum ex quo dicta filiatio venit *incidenter*, tum ex quo D. Principalis eſt in quaſi poſſeſsione Conſanguinitatis.

128. Et eo magis ſufficere debent, quia agitur de filiatione à 60. Annis, & vltrà, & ſic de facto antiquo.

129. *Et ſeq.* Ad metiendam antiquitatem facti hodiernum tempus attendendum eſt, quo Fiſcus hanc filiationem cœpit impugnare.

131. Refellitur contrarium aſſumptum, quod Antonia, vtpotè quia agebat Annum 48. tempore Conceptionis, iſtius Partus, habeat contra ſe præſumptionem naturæ, & legis, & primò quia facto adeò ſuperlatiuè probato quæcumque cedere debet præſumptio.

132. *Et ſeq.* Deindè quia vſque ad Annum quinquageſimum in Muliere durat potentia generatiua ex communi Philoſophorum, Medicorum, & legiſtarum conſenſu, vndè intrà hunc terminum præſumptio naturæ, & legis aſsiſtit, non autem reſiſtit Mulieri.

134. *Et*

Digitized by Google

134. *Et duob. ſeqq.* Cum æditio Partus etiam in Muliere quinquagenaria eueniat iuxtà naturam, nec miraculo adſcribatur, & non ſit caſus adeò rarus, vt doctrinis, & exemplis probatur, indè fit, quod non poteſt ſumi præſumptio contrà Mulierem, niſi in exceſſu dictæ ætatis, itaut ſi intra metam eiuſdem pariat, ſeruandæ ſint regulæ communes quoad probationem Partus, nec veniant aggrauandæ probationes.

137. In hac Theorica etiam conueniunt omnes auctoritates exaduerſo allegatæ, quæ enucleantur, & retorquentur contra allegantes.

138. Quæ dicuntur, quod Antonia non fuerit retenta à Carolo Pallauicino in ſchemate Concubinatus ſunt extranea à caſu, quia non agimus de probanda Paternitate, ſed Maternitate.

139. Arcanum, quod circumfertur, Nicolaum Mariam ortum habuiſſe ex fœmina illuſtri, & nomen Antoniæ vſurpatum fuiſſe pro ſimplici pallio, redolet ſpeciem chimeræ, & factum, quod legitur, & apparet non deſtruitur ſomniatis diſcurſibus, qui vlteriùs habent contra ſe totam improbabilitatem, vt fusè hic demonſtratur vſque ad §. 145.

145. Qua ſtante improbabilitate non eſt locus nec cauſæ, nec coniecturis ſuppoſiti Partus.

146. Et tamen aſſerta Cauſa neque vllibi probatur.

147. Minuſque deſumi poteſt ex quadam Epiſtola Principis Stephani, quia talis Epiſtola, vt in §. 148. *cum ſequen.* intelligitur de ſcandalis, quæ deriuare poſſent ab iterùm propalanda dementia Caroli, quam Princeps Nicolaus denuò excitare intentauerat.

150. *Cum duobus ſeq.* Et hoc euidentiùs probatur, tum ex qualitate dementiæ, tum etiam ex ſolito eiuſdem Stephani in ſcribendis alijs Epiſtolis.

153. *Cum ſeptem ſeq.* Refelluntur ſingillatim coniecturæ, quæ exaduerſo pro aſſ. ſuppoſitione Partus inutiliter enumerantur.

161. Et tandem concluditur, quod ſi etiam in dubio contra Fiſcum reſponderi ſolet, multò magis contra Cameram decidenda ſit præſens Cauſa, quæ nullam dubietatem inuoluit, præſertim ſub optimo Regnante Pontifice.

Antonia Lagoria Calcia

In primis Nuptijs cum Ioanne Antonio Calcio .	In ſecundis Nuptijs cum Riccardo de Voilin Belga	Ex commercio habito poſt ſecundam viduitatem cum Nobili Carolo Pallauicino
Paula Maria Calcia nupta Laurentio de Gregorijs .	Anna Maria , quæ obijt ſine filijs de anno 1657. occaſione contagionis .	Nicolaus Maria Pallauicinus, de cuius hæreditate agitur .
Maria Hieronyma de Gregorijs nupta Ioanni Dominico Arnaldo *Actrix* .		

Romana Succeſſionis .

1 **Illuſtriſſime Domine .** Qvadrangularem controuerſiam, tùm ex Litigantium qualitate , tùm ex rei ſubſtantia verè celebrem , Illuſtriſſimo Domino decidendam exhibet repentina mors Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini in Vrbe nuper ſine Teſtamento ſequuta . Illius namque hæreditatem ſibi debitam dicunt Domini Grimaldi , Lomellini , & Pallauicinus Nobiles Ianuenſes , tamquam aſſerti Conſanguinei ex linea Paterna defuncti Marchionis . Illam paritèr contendit Domina Maria Hieronyma Arnalda Neptis ex Paula Maria Sorore vterina eiuſdem Nicolai Mariæ . Prætendit inſuper in dicta hæreditate ſuccedere vel in totum , vel ſaltem pro duabus vncijs Monaſterium Sancti Bernardini Vrbis , ex perſona Suor Mariæ Conſtantiæ , quæ ſe illius Filiam illegitimam aſſerit .

Et denique in iſtorum omnium excluſionem, cuncta præfatæ Hæreditatis Bona occupare prætendit Reuerenda Camera Apoſtolica, ſub obtentu, quod deficientibus perſonis ſuccedere valentibus, dicta Bona haberi debeant tamquam vacantia.

2 Nos verò in hac quæſtione aſſumpti ad tuendum Iura memoratæ Dominæ Mariæ Hieronymæ, non credimus vitio verti poſſe, cur in hac Cauſa tam graui ſuſcepti muneris patrocinium huc vſque diſtulerimus. Iuſta enim ratione arbitrabamur documenta reperta in Hæreditate dicti Marchionis, aliaque deſumpta ex originali poſitione *Cardinalis de Luca*, dum ſcripſit in ea Cauſa, de qua eſt *diſcurſ. 62. ſub tit. de Donat.*, benè nota Miniſtris dictæ Reuerendæ Cameræ, efficere poſſe, vt Fiſcus, ſuo, & cæterorum Collitigantium malo iure recognito, ea Bona, abſque alio legali ſubſidio, dimitteret, quæ nullatenùs poteſt tamquam vacantia retinere, quando adeſt Neptis ex Sorore vterina, quæ non minus ratione Sanguinis, quàm ex diſpoſitione Legis debet ad ſucceſſionem admitti, cum omnimoda ipſius Fiſci excluſione, ad *Textus expreſſos in leg.2.*, *& ibi Gloſſ.*, *& leg. Si ſpurius*, *leg. Hac parte*, *& leg. Modeſtinus*, *ff. vndè Cognati*, *§. Vulgò quæſitos*, *Inſtitut. de Succeſſ. Cognatorum*, *Alexand. conſil.* 174. *num. final. lib.* 5., *Dec. conſil.*310. *ſub num. primo*, *Crauett. conſil.*138. *num.*5. *&* 9., *Didac. in epitom.* 4. *libr. Decretal. part.*2. *cap.*8. *§. primo num.*19. *verſic. vnde naturales*, *Graſſ. in §. Succeſſio ab inteſtato num.* 434., *Valentin. Froſter. de Succeſſ. lib.6. cap.*48. *num.primo*, *Lup. de Illegitim. com.primo §.*2. *num.*14., *Peregrin. de Fideicomm. artic.*22. *num.*85., *Cyriac. contr.*436. *n.*2.

3 Sed quoniam ſpe deluſi, prolixis vndique obruimur allegationibus, quibus ſi veritas non opprimitur, ſaltem offuſcari quodammodò poſſe videtur, operæ pretium idcircò duximus ſtatum præſentis controuerſiæ ex integro reaſſumere, & ſparſim deducta in noſtris Facti allegationibus, in vnum congerere, vt ita fugatis æquiuocis, quę non minùs in Facto, quàm in Iure ſuboriuntur, atque re tali pacto ad viam veritatis redacta, oculatiſſimus, & integerrimus Iudex faciliùs valeat dictæ Dominæ Mariæ Hieronymæ (quæ quantò humanis auxilijs deſtituta eſt, tantò validioribus præſidijs Legum fulcita remanet) iam petitam immiſſionem ad omnia Bona dictæ Hæreditatis decernere, proùt votis enixis exoramus.

4 Enunciauimus cæteros Collitigantes Ius malum vndique fouere, & quidem meritò, nam nulla poteſt ſucceſſio competere dictis Dominis Grimaldis, Lomellinis, & Pallauicino, aſſertis Conſanguineis Defuncti ex parte Patris. Cùm namque conſtans in Facto ſit, quod idem Marchio fuit filius tantummodò naturalis Caroli Pallauicini, certa inde oritur conſequentia, quod dicti prætenſi Conſanguinei Ius nullum penitùs in antedicta ſucceſſione iactare valent, quia inter Conſanguineos legitimos, & naturales ex paterno

terno latere deriuantes, & Conſanguineos naturales tantùm, non eſt vinculum agnationis, ſeù cognationis, propter quod Jura noſtra hæreditatem, ſeù ſucceſſionem deferunt, iuxtà litteram *Textus in dicta leg. Si ſpurius, ff. vndè Cognat. in leg. 9. §. Sed ſi quidem, & §. Si verò Cod. de natural. liber., & in dicto §. Vulgò quæſitos, Inſtitut. de Succeſſ. Cognatorum*, & tradunt *Capr. conſil. 136. num. 19., Nicol. de Vbald. de Succeſſ. ab inteſtat. part. 2. num. 25. verſic. Conſanguinei autem ex parte Patris, Gregor. Lopez in leg. 11. tit. 3. part. 6., Gloſſ. magn. ad finem, Barry de Succeſſ. lib. 18. tit. 3. n. 9., Antunez de Donat. lib. 3. cap. 18. n. 58.*, cum alijs lato calamo adductis per *Rot. in Romana Succeſſionis 27. Iunij 1687. §. Non obſtat, cor. bonæ memoriæ Rondinino*.

5 Nulla paritèr ſucceſſio, neque in vniuerſum, nec pro duabus vncijs competere valet Monaſterio Sancti Bernardini. Omiſſis namque ijs omnibus, quæ impugnatiuè ad aſſertam probationem filiationis dictæ Sororis Mariæ Conſtantiæ, ex cuius perſona idem Monaſterium in Iudicio ſiſtit, adducere poſſemus, & ſignantèr ex quo nullibi concluſum fuerit, quod venter Matris de tempore conceptionis taliter cuſtoditus extiterit, vt nulli alteri, præter Marchionem pateret acceſſus, quemadmodum in præſenti deciſorio Iudicio ad probandam filiationem reſpectu Patris omninò requiritur ad *Textum in leg. Vulgò conceptus, ff. de ſtat. Homin., Paleotb. de Noth., & Spur. cap. 26. ſub num. 5., Carolus Antonius de Luca ad Gratian. cap. 562. num. 6., Rota in deciſ. 447. num. primo part. 13., deciſ. 43. num. 6. part. 17., deciſ. 90. num. 5. poſt Zacch. Quæſtion. Medic. Legal., & in Romana Filiationis ſuper bono Iure 8. Aprilis 1707. §. Suntque itidem, coram bo: mem: Omaña*.

6 Sat ſuperque illius totalem excluſionem fatalitèr exhibet realis, & abdicatiua renunciatio, quam fauore omnium, & quorumcumque ſuorum Parentum, & Conſanguineorum, eorumque Succeſſorum, & Hæredum, intuitu ingreſſus in Religionem de omnibus, & ſingulis ſuis Bonis, & Juribus tam præſentibus, quàm futuris in forma ampliori ſolemniſſimè emiſit, *Summario iam impreſſo Num. 52.*; Illa enim operatur, quod perſona Renunciantis cenſeatur è medio penitùs ſublata, non aliter ac ſi mortua fuiſſet, ad *Textum in leg. prima §. Qui habebat, & leg. Poſt mortem §. Liberti, ff. de poſſeſſ. Bonorum contr. Tabul., Peregrin. de Fideicommiſs. art. 26. num. 27., Paſſerin. in cap. Quamuis pactum num. 47. de pact. in 6., Franch. deciſ. 375. num. 2., & ibi de Luca num. 7., Rota coram Cerro deciſ. 596. num. 8., & deciſ. 616. num. 2., & in Eugubina Immiſſionis 11. Maij 1711. §. Æquo modo, coram Reuerendiſſimo Kaunitz*; Proindeque illius exiſtentia non impedit Proximioribus integralem ſucceſſionem in controuerſis Bonis, quantumuis Marchio antè ipſam Renunciantem ab inteſtato deceſſerit, cùm in renunciatione, prout hìc, abdicatiua, reali, ac extinctiua omnium Iurium,

non ſit ſpectandum quid indè eueniat, & ex quanam cauſa ſuccedat hæres extraneus, ſed Jus omne metiendum eſt ex perſona ipſius Renunciantis, quæ per fictam non ſuperexiſtentiam inhabilis ad ſuccedendum in caſu quolibet effecta fuit, iuxtà tradita per *Barry de Succeſſ. lib. 11. tit. 23. num. 27. verſic. hoc caſu*, *Guidopap. deciſ. 192. ſub num. 2. verſ. ſed dixit*, *Rota coram Dunozzett. Iunior. deciſ. 676. num. 32. poſt Balducc. ad Ramon. deciſ. prima numer. 4., & ſeqq., & deciſ. 15. num. primo, & ſequen. tom. 2., & in Bononien. Immiſſionis 18. Iunij 1714. §. Abſque eo, quod, coram R. P. D. Cerro.*

7 Fruſtràque eadem renunciatio declinari contenditur, vel quia ſit emiſſa per metum, vel quia abſque cauſa, & fauore perſonarum ſimulatarum facta fuerit. Non enim metus allegabilis eſt in huiuſmodi renunciatione, tùm quia adſcribitur Marchioni aſſerto Patri, qui nec fuit præſens ſtipulationi Inſtrumenti, & ideò nec potuit aſſertum metum incutere; Tùm, quia deficientibus minis, ſeù alijs actibus de illo indicatiuis, ſolus metus reuerentialis inductus ex præſentia Patris non ſufficit ad reſcindendam renunciationem, ad tradita per *Altograd. conſil. 5. num. 64. lib. primo*, *Arias de Meſ. variar. reſolut. lib. 3. cap. 36. num. 3.*, *Manſ. conſultat. 35. num. 13.*, *Bottilier. de Succeſſ. ab inteſtat. cap. 2. theorem. 86. numer. 5., & ſeqq.*, *Schettin. de Pact. part. 3. ſection. 4. quæſt. 7. §. primo ſub num. 123.*, *Altimar. de Nullitat. tom. 3. rubr. prima quæſt. 14. num. 51.*, *Rota coram Ludouiſ. deciſ. 120. num. 22., & coram Zarat. deciſ. 58. num. 22. & ſequen.*, prẹſertim dum illa publicè, & palàm facta fuit coram Judice, abſque eò quod Puella illam impugnauerit, ſeù aliquam contrariam proteſtationem in abſcondito emiſerit, in quibus terminis ſuſpicio quælibet prætenſi metus excluſa remanet, ex deductis per *Andreol. contr. 301. num. 7.*, *Rota in Recent. part. 11. dec. 301. num. 39., coram Zarat. dicta dec. 58. num. 46., & coram Emerix Iun. dec. 841. n. 21.*

8 Tùm & validiùs, quia ſi renunciationes factæ ob ingreſſum in Religionem, atque eo fine, vt quis terreſtribus Bonis expoliatus, poſſit Altiſſimo faciliùs famulari, neque ex capite læſionis, quantumuis enormiſſimæ reſcindi poſſunt, iuxtà communitèr animaduerſa per *Salon. à Pac. conſil. 5. num. 3., & ſequen.*, *Gratian. diſceptat. 568. num. 14.*, *Actolin. reſolut. 24. num. 4.*, *Vaſqu. de Succeſſ. lib. 2. §. 18. num. 130.*, *Manſ. conſultat. 258. num. 132., & conſultat. 301. nu. 9.*, *Molin. de Ritu Nuptiar. lib. 3. quæſt. 99. numer. 5., & ſequent.*, *Rocc. diſputat. Iur. 56. num. 55., & ſequen.*, *Maſtrill. deciſ. 65. numer. 11., & ſequent.*, *Panimoll. deciſ. 7. annotat. prima num. 25., & ſequent.*, *Rota in Recent. part. 2. deciſ. 714. ſub num. 9.*, nec profectò retractari valebunt ex cauſa metus, de quo Doctores tantummodò quæſtionem faciunt, ne quis læſionem pati valeat, vt loquendo de hiſce renunciationibus monent *Capon. de Pact. quæſt. 58. num. 37.*

Torr.

Torr. de Pact. futur. ſucceſſion. libr. 2. quaſt. 27. num. 48., & latè *Altimar. de Nullitat. tom. 3. rubr. prima quæſt. 14. num. 521. cum duobus ſeqq.*

9 Quod vero eadem renunciatio emanauerit abſque cauſa nullam habet ſubſiſtentiam; Quia cauſa motiua renunciandi fuit, ibi = *à contemplatione del ſuo ingreſſo, e ſolenne profeſſione, reſtar affatto ſpogliata d'ogni penſiero, e cura di coſe temporali, acciò più liberamente, e ſpeditamente, poſſa ſeruire à Dio, & attendere con tutto il cuore alla ſalute della propria Anima*, & proùt latiùs *in Summario dicto Num. 52.*, quæ equidem cauſa reputari ſolet maxima, ad inducendam realitatem renunciationis, ad tradita per *Caren. reſolut. 69., & reſolut. 245. vtrobique num. 5., Merlin. Pignatell. controuer. 5. num. 4. centur. prima, Franch. deciſ. 375. num. primo, & ſequen., Rota coram Cardinali Cerro deciſ. vltima num. 8., coram ſancta memoria Alexandro VIII. deciſ. 10. num. 37., & ſequen., & poſt Balducc. ad Ramon. deciſ. 16. num. 9.*

10 Quodque ea demum prodierit fauore Perſonarum ſimulatarum, neque vrget. Quoniam vel dicta Suor Maria Conſtantia eſt filia Genitorum, qui nominantur in renunciatione, & fruſtra in hoc caſu contendit de ſucceſſione in Bonis defuncti Marchionis. Aut verò perſonæ ibi enunciatæ ſunt fictæ, vt exaduerſo prætenditur, & in hoc themate, cum renunciatio emanauerit fauore Genitorum, & quorumcumque Conſanguineorum, nec non etiam eorum hæredum, & Succeſſorum, non vtique dubitari poteſt, quin quatenus defunctus Marchio ſit Pater, renunciatum fuerit cuicumque iuri ſuccedendi in illius hæreditate fauore Conſanguineorum venientium ab inteſtato, vel quia iſti ſpecialitèr compræhenſi ſunt in renunciatione, vel quia veniant ſub nomine hæredum, & Succeſſorum Marchionis, ad quorum commodum renunciatio æquè facta legitur ex notatis per *Menoch. conſil. 1008. num. 25., & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 27. num. 14., Barboſ. tract. var. appellat. 254. num. 40., Manſ. conſult. 31. n. 1., Palm. nep. alleg. 2. n. 16., Rot. in Rec. par. 6. dec. 207. num. 7.*

11 Et hinc ſuperfluum eſt examen quæſtionis promotæ à Defenſoribus Monaſterij, an ſcilicèt dicta Suor Maria Conſtantia debeat ſuccedere in duabus vncijs ad normam *Text. in Auth. licèt Cod. de natura lib., & liber.*, vel potiùs in vniuerſa hæreditate, ſub obtentu, quod ea per ingreſſum in Monaſterium legitimata fuerit. Quoniam ſi ex dicta reali, & realiſſima renunciatione ſe ſe totaliter de medio ſubſtulit, nulla ampliùs eſſe poteſt indago ſuper illius vniuerſa, ſeu partiali ſucceſſione, iuxta firmata *in §. 6.*, ſupplicantes de cætero animaduerti, quod dicti Domini Defenſores Sermonem faciendo de legitimatione ob ingreſſum in Religionem videntur quæſtionem excitare, quæ pluries à Doctoribus, & Tribunalibus deciſa fuit. Quamquam enim nonnulli erroneè authumantes, quod oblatio Filio-

liorum naturalium ad Religionem, in nihilo diſcriminaretur ab antiqua oblatione eorumdem naturalium ad Curiam, crediderint, quod ſicuti oblatus ad Curiam efficiebatur legitimus etiam ad effectum ſuccedendi, ità eamdem legitimationem pro dicto effectu aſſequatur Ingrediens in Religionem, crebrior tamen, & communior aliorum Sententia eſt, quod per ingreſſum huiuſmodi, quidquid ſit quoad ſpiritualia, quo tamen ad effectum ſuccedendi, iura legitimationis non acquirantur, cum Religioſi nullum particulare priuilegium in hac parte obtineant, vt reprobato *Guglielm. de Cun.* Authore opinionis contrariæ tradunt *Fab. in auth. ex complexu Cod. de inceſt. Nupt.*, *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb.*, *& vxorem nomine Adelaſiam in prælud. num.*200., *& ſeqq.*, *Couaruu. de de Matrimon. par.*2. *cap.*8. §.7. *num.*6., *Sanchez. de Religioſ. Stat. tom.*2. *lib.*5. *cap.*5. *num.*86., *Meroll. de legib. tom.*3. *cap.*6. *num.*130., vbi præ cæteris refellit *conſil.*16. *de Pont.* adeò exaduerſo magnificatum, *Vaſqu. de Succeſſ. tom.*2. *lib. primo* §.2. *à num.*55. *ad* 62., vbi magiſtralitèr materiam examinat, *Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. lib.*2. *art.*102. *num.*4., *Manſ. conſult.*609. *num.*2., & hanc ſententiam perpetuò firmauit *Rota*, & ſignantèr *coram Mantic. deciſ.*32. *num.*4. *coram Buratt. deciſ.*872. *num.*7., *& ſeqq.*, *& deciſ.*930. *num. primo*, *& in Recent. par.*18. *deciſ.*310. *num.*32., *& deciſ.*480. *à num.*5. *vſque ad fin.*, apud quos omnes oſtenditur differentia, quæ inter vnam, aliamue oblationem intercedit.

12 Nimiſque fruſtra replicatur Sententiam huiuſmodi non procedere, vel quando agitur de ſucceſſione ab inteſtato, vel quando filia, prout hic, ex voluntate Patris Monaſterio ſe obtulit. Prima enim diſtinctionis Pars, tum authoritatibus, tum ex identitate rationis, erronea vndequaque oſtenditur per Dominum Subſtitutum Commiſſarium in eius quinta informatione, edita contra idem Monaſterium §. *Nec ſubſiſtit cum pluribus ſeqq.*, & ideò ad illam nos remiſſiuè habemur. Secunda verò nec meretur reſponſionem, quia nullus ferè aſſignabilis eſt caſus, quo Puella non concurrente Paterno conſenſu Monaſterium ingrediatur, immò Doctores ducentes paritatem ab oblatione filij ad Curiam, loquuntur de oblatione voluntariè facta per ipſum Patrem, vndè eo ipſo, quod dicunt ab vna oblatione ad aliam non dari illationem, iam videntur vnanimiter firmare, quod legitimatio non reſultet ab ingreſſu in Monaſterium, quantumuis ſequuto authorizante, immò inſtigante Patre, neque in hoc caſu indagandum eſt, an Marchio conſenſum ſuum præſtando habuerit ſcientiam diſpoſitionis iuris nec ne, quia quatenus illam debuiſſet ſcire, iam ſibi notum eſſe debebat, quod per dictum ingreſſum quomodolibet ſequutum, nulla iura legitimitatis pro effectu ſucceſſionis in eam transferebantur, iuxta ſuperius deducta.

13 Et tandem diſparata vndeqnaque eſt reſponſio altera, ad quam vnus ex Defenſoribus dicti Monaſterij, neſciens ampliùs quo ſe vertere,

in

Digitized by Google

in vltimo contradictorio conuolabat, quod nempè Monialis renunciando, tranſtulerit omnia ſua iura in Genitores, Conſanguineos, & alios quoſcumque eius Parentes, tam coniunctim, quam diuiſim, & in ſolidum, ideoque illas duas vncias, quas idem Monaſterium in conflictu Dominæ Principalis percipere non poteſt propter obſtaculum antedictæ renunciationis, valeat ſaltem obtinere Conſtantia Curietta illius aſſerta Mater, veluti inter Renunciatarios, vt exaduerſo dicebatur, compræhenſa. Quanta enim inſubſiſtentia laboret reſponſio huiuſmodi, non eſt opus in præſenti iudicio demonſtrare, quia eadem Curietta non eſt in cauſa, & Monaſterium tamquam Actor, non poteſt hanc prætenſionem, quæ eſt totaliter de iure Tertij, ad proprium commodum excitare, *Rota coram Emerix deciſ.726. num.26.*, *& in Colonien. Canonicatus Sancti Andreæ 17. Februar'j 1713. §. Neque huic, coram R.P.D. Lancetta.* Prodeat igitur in Scenam hæc Mulier, & tunc non modo oſtendemus erroneitatem contrarij aſſumpti ex tenore ipſius renunciationis, ſed præterea ex documentis ad notitiam Dominorum Cameralium fortaſſe nondum delatis, demonſtrabimus, quod Monialis ius nullum vmquam obtinuit, quod in alios valuiſſet transferre; Quæ ſanè documenta cenſuimus hucuſque citra opportunitatem non eſſe exhibenda, vt morem prouidè gereremus innocentiæ, & Religioſitati eiuſdem Monialis. Et tunc præcæteris videbit Illuſtriſſimus Dominus quantum diſtet à veritate illa honeſtas Vrſulæ Matris, illa Virginitas, & morum puritas ipſius Conſtantiæ Curiettæ, quæ in dicto vltimo Contradictorio per Dominum Fidum ità feruidè, ac conſtantèr elata fuit. De quibus omnibus benè conſcia eadem Mulier, ſano conſilio hactenùs diſtulit comparere == *Teſtimonium illi reddente Conſcientia ſua*, iuxtà dictum *Diui Pauli ad Roman. cap.2. num. 15.*

14 Sublatis itaque de medio cæteris Collitigantibus, nec Jus aliquod in dicta Hæreditate competere valet Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. Tùnc enim tantummodò fit locus vacationi Bonorum, talitèr vt ea ad Fiſcum deferri debeant, quotiès inteſtatus decedens nullum ſibi hæredem relinquit, qui vel ex linea Sanguinis intra decimum gradum, vel ex alio Iure ſuccedere poſſit, vt conſentaneè ad authoritates adductas *in* §.2. tradunt *Roman. conſ.5. num.10. Corn. conſil. 324. num. 7. lib. 4.*, *Amay. in Cod. lib. 10. de Bonis vacant. tit.10. num.3. in fine*, *Faiard, allegat. fiſcal.43. num.11. par.2.*, *Antunez de Donation. lib. 3. cap. 14. num. 2.*, *& cap. 18. num. 58.*; Vndè propterea cùm eidem Marchioni ſuperſtes fuerit Domina Maria Hieronyma, quæ tamquàm illius Neptis ex Sorore vterina in tertio Cognationis gradu conſtituta eſt, nulli dubium remanere poteſt, quod illius exiſtentia prætenſam Bonorum vacantiam, & conſequentèr quamlibet Fiſcalem ſucceſſionem omnimodè præcludit, quantumuis agatur de ſuccedendo in Hæreditate Natura-

lis tantùm, quia Conſanguinei ex latere Materno ad differentiam aliorum, qui ex Paterno latere deriuant, veluti potientes iuribus cognationis admittuntur ad ſucceſſionem naturalis in excluſionem Fiſci, iuxtà *Text. in dicta leg. Si ſpurius ff. vndè cognati*, *Alderiſ. de contract. tit.6. num.153.*, *Graſſ. in §. Succeſſio ab inteſtato quæſt.33. per tot.*, *Peregrin. de iur. Fiſci lib.3. tit.18. num.43. verſic. Contra verò, & deciſ.42. num.4.*, *Rota in Recent. par.16. deciſ.98. num.2.*, atque ideò eidem ſoli mulieri ex edicto Prætoris integra hæreditatis poſſeſſio relaxanda venit, vt ſubdit *Vulpian. in eadem leg. Si ſpurius ff. vnde cognat.*, ibi == *Proximitatis autem nomine mater eius, aut frater eadem matre natus Bonorum poſſeſſionem eius, ex edicto petere poteſt* == & Imperator *in dicto §. Vulgò quæſitos inſtitut. de Succeſſ. cognat.*, ibi == *Tantùm ergo cognati ſunt ſibi inuicem, ſicut ex matre cognati, Itaque omnibus iſtis ex ea parte competit Bonorum poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.*

15 Theoricas huiuſmodi non negant diſſertiſſimi Domini Defenſores Reuerendæ Cameræ, ſed inquiunt conſanguinitatem Dominæ Mariæ Hieronymæ cum defuncto Marchione rigoroſè, & per gradus diſtinctos probandam eſſe, ſignantèr demonſtrando pleniſſimè, & concludentèr, quod idem Marchio natiuitatem ſuam duxerit ab Antonia Calcia, à qua per medium Paulæ Mariæ deſcendit Domina Principalis. At verò credimus contrarium diſcurſum in hac parte non ſubſiſtere, quia quæſtio non eſt de Marchione, qui petat declarari in filium Caroli, vel Antoniæ, filiationem negantis, quo in caſu pro effectu ſucceſſionis eadem filiatio, veluti *principalitèr* cadens in quæſtione, iuxta tot, tantaſque regulas exaduerſo inutiliter allegatas, probanda eſſet. Sed agitur de Actrice, quæ non habens Competitorem, qui ſe proximiorem valeat allegare, ſucceſſionem ſibi debitam dicit, tamquam Conſanguineæ defuncti. Hoc namque in themate receptiſſima eſt iuris noſtri concluſio, quod conſanguinitas non ſit probanda per gradus diſtinctos, iuxtà formam deſumi ſolitam ex *Text. in cap. Licet ex quodam 47. de teſtibus, & atteſtat.*, ſed exuberet habere probationem conſanguinitatis, & Parentelæ, abſque alia graduum diſtinctione, nam deficiente Conſanguineo, qui de proximitate contendat, deficit etiam cauſa, ob quam ad graduum diſtinctionem, & probationem deueniri debeat, vt primum ab altero caſu diſtinguendo firmant communitèr ex *Gloſſ. in leg. prima verb. quoties ff. de probat.*, *Salycet. ibidem num.2.*, *Bartol. in leg. Is poteſt, ff. de acquiren. hæreditat.*, *Ruin. conſil. 154. num. 4. lib. 3.*, *Cephal. conſil. 133. num. 53.*, latè *Pacian. de Probat. lib.2. cap.12. num. 35. & ſequent.*, *Mareſcott. variar. reſolut. cap. 70. num. primo, & ſequentibus lib. primo*, *Angel. de Confeſſ. lib.2. quæſt.7. num.19.*, *Rota in Recent. part.2. deciſ. 293. num. 2. part. 5.*, *deciſ. 511. num. 12. part. 8.*, *deciſ. 112. num.28. verſic. præſertim, part. 9. deciſ. 235. numer. 11.*, *deciſ. 351.*

num.

Digitized by Google

*num.*12. *& ſequen.* , *& deciſ.*363. *numer.* 13. *& ſequen.* , *& coram ſanctæ memoriæ Alexandro VIII. deciſ.* 102. *num.* 17. , *& ſequent.*, & in præciſis terminis de Muliere ſe aſſerente Conſanguineam Baſtardi, quod ea non teneretur probare gradum filiationis eiuſdem Baſtardi reſpectu Patris , ſed ſufficeret probare Conſanguinitatem ſuam cum ipſo Illegitimo deciſum fuit contra Reuerendam Cameram Apoſtolicam in pleno Voto deciſiuo Domini Andreæ Pierij olim Auditoris Illuſtriſſimi Theſaurarij , quod reperitur impreſs. poſt *Torr. de Maiorat. Ital. deciſ.*73. *per totam* , ex conſueta gratia viden. , & ſignantèr *numer.* 20. , 24. , *& ſequent.*, *& num.* 34. , ibi == *Secundo quia Hortenſia non habet onus probandi filiationem, quæ tunc probanda eſſet , quando Dominicus vti filius peteret hæreditatem Iordani*, qui erat illius Pater .

16 Non releuante , quod contextualitèr ad Hæreditatem concurrant , tàm Domini Pallauicinus , & alij Nobiles Januenſes , quàm Monaſterium Sancti Bernardini ex Perſona toties dictæ Sororis Mariæ Conſtantiæ, quemadmodum motiuauit Dominus Subſtitutus Commiſſarius in eius quinto Memoriali contra hanc Partem diſtributo . Illi enim non poſſunt vllam Proximiorum figuram inducere , cùm litteralitèr excluſi ſint ex Juris diſpoſitione *in leg. Si ſpurius ff. vndè Cognat.* , *& in leg.*9. §. *Sed ſiquidem* , *&* §. *Siverò Cod. de natural. liber.* ; Monaſterium verò , nec poteſt Dominæ Principali Jura proximioritatis impugnare ; non equidem reſpectu integralis ſucceſſionis , quia Baſtardus , proùt ſe aſſerit Domina Maria Conſtantia , remanet ab eadem ſucceſſione pariformitèr excluſus , ex *Textu in Authent. Licèt* , *Cod. de natural.* , *& liber.* , minuſque pro duabus vncijs , nam ex dicta realiſſima , & abdicatiua renunciatione ſe penitùs eadem Monialis extraneam fecit , immò cùm haberi debeat pro mortua , non poteſt per conſequens Jus vllum proximioritatis , ſeu ſucceſſionis promouere per ea , quæ notant *Altograd. Sen. conſil.* 66. *num.* 47. *in fine* , *Gratian. Diſceptat. forenſ. cap.* 568. *num.*51. , *Bottilier. de Succeſſ. ab inteſtat. cap.*2. *theorem.*71. *num.*5. , *Rocc. diſputat. Iur. cap.*55. *num.*5. , *Capyc. Latr. conſult.*76. *num.*45. , *& ſeqq. lib.*2., *Rota in Recent. deciſ.*777. *num.*4., *& coram Dunozzett. Iun. deciſ.*460. *num.*6.

17 Deficientibus autem Proximioribus non poteſt dicta graduum probatio pernecesſè requiri , eo quod vocatio Cognatorum excluſo Fiſco reſtricta ſit intra decimum gradum , vt ſubdit Dominus Subſtitutus Commiſſarius in dicto ſuo Memoriali . Quippè quia tunc demum reſtricta ſucceſſione ad certum gradum , non ſufficit generica probatio conſanguinitatis, quoties ea ſimpliciter , & indeterminatè tantummodò oſtenderetur , nam tunc militante argumento dubietatis, an nempè Actor poſſet includi , nec ne, intra decimum gradum , is nunquam diceretur intentionem ſuam concludentèr iuſtificaſſe . Res vero aliter ſe habet ſi ex probatione conſanguini-

 tatis

tatis peruenitur ad notitiam gradus ipſius Actoris cum Defuncto, quemadmodum contingit in præſenti caſu, quo Domina Maria Hieronyma ſe dicit filiam Paulæ Mariæ Sororis Vterinæ defuncti Marchionis. In hoc enim diuerſo themate, cum habeatur intelligentia gradus, in quo Actrix, & Defunctus coniuncti ſunt, vnanimis Doctorum Sententia eſt, quod talis conſanguinitas abſque omnium graduum probatione ſat, ſuperque concluſa remaneat, iuxta Theoricam *Cin. in leg. Non epiſtolis in fin. Cod. de probat.*, *Dec. conſil.* 320. *num.* 9. *verſic. vltimo*, ibi == *Vltimò non obſtat dictum Cumani &c., dum dicunt fundatam eſſe intentionem illius, qui probat ſe Conſanguineum, ſi dicat alium non eſſe proximiorem, quia hoc dictum poſſet habere locum ſi probatum fuiſſet, iſtos eſſe Conſanguineos in aliquo gradu, Aretin. vbi loquitur de eo, qui probet ſe eſſe in tertio, vel quarto gradu, nam tunc fundatam habet intentionem*, egregiè *Pacian. de Probat. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 27., ibi == *Quam quidem Sententiam multis placuit, tunc demum procedere, quando is, qui ſe probauit Conſanguineum, certum quoque gradum ſuæ Conſanguinitatis probauit, alioquin non ſufficeret, ſi abſque gradus computatione ſimpliciter probaret ſe eſſe Conſanguineum, eaque ratione mouentur, quia non omnis Conſanguineus admittitur de Iure Ciuili ad ſucceſſionem, ſed is demum, qui eſt intra decimum gradum* == & *num.*31. ibi == *In hoc practicabili articulo mihi videtur tres caſus commodiſſimè poſſe diſtingui, quorum primus eſt, quando ex probatione Conſanguinitatis peruenitur in notitiam gradus eius, abſque eo quod in ſpecie nominetur, vt exemplum eſt in fraternitate, qua poſita, & probata, non eſt dubium, quod intellectus noſter intelligit gradum, quo Fratres ſibi inuicem coniuncti ſunt; & tunc omnium indubitata eſt Sententia, vt ſimplex probatio quaſi poſſeſſionis Fraternitatis, ſufficiat ad Hæreditatem obtinendam, donec ab Aduerſarijs probetur ipſum non eſſe Fratrem* == *Gratian. Diſceptat. forenſ. cap.* 869. *numer.*11., ibi == *Quando dubitatur an prætendens fideicommiſſum ſit intra decimum gradum, & tunc eſt neceſſaria probatio gradus in genere, dummodò appareat eſſe intra decimum gradum; Aut comparet alius, qui dicit ſe eſſe proximiorem, & tunc eſt neceſſaria probatio gradus in ſpecie, & in indiuiduo* == *Cancer. variar. reſolut. lib.*1. *cap.*5. *num.*65. *verſic. hanc etiam*, ibi == *Quam tamen intelligendam eſſe dicit ſi Actor conſanguineum ſe probet in certo conſanguinitatis gradu, ſecus ſi ſolum ſimpliciter ſe conſanguineum probet*, eamdemque diſtinctionem eiſdem ferè verbis tuentur, *Roſſental. de feud. lib. primo cap.*7. *concluſ.*59. *ſub num.*19., *Gaſpar Anton. Theſaur. quaſt. forenſ.*61. *num.*12. *lib. primo*, *Cancer. variar. reſolut. part. prima cap.*5. *ſub num.*65., *Giurb. de Succeſſ. feud. cap.*118. §.2. *gloſſ.*9. *num.*96. *verſic. meum verò*, *Cenſal. ad Peregrin. art.*43. *fol. mihi* 290. *colum.*2. *verſic. quartò obſeruo, iuxta impreſſ. Lugdunen.*, *Rota coram Vbald. deciſ.*871. *num.*6., *& ſeqq.*, & optimè contra Fiſcum materiam decidit *Euerard.*

rard. iun. conſil. 24. num. 41. verſic. Porrò, ibi == *Porrò agnatio Collateralium probatur eo ipſo, ſi probatum fuit de primo gradu Collateralium, puta computationem incipiendo à Fratribus, & ſic deinceps deſcendendo per alios gradus, licèt non probetur de primo ſtipite; Sic enim deprehenditur certus gradus deducendo aliquem deſcendere ab vno, à quo facta computatione diſtat à tali tanto gradu.*

18 Neque his contrariantur authoritates tam in eodem Memoriali, quam verbaliter in vltimo contradictorio allegatæ. Nam *Euerard. Iun. conſil. 24. lib. primo*, articulum magiſtraliter contra Fiſcum decidit, iuxta illius verba mox relata, & alia inferius tranſcribenda. *Peregrin. verò de iure Fiſci lib. 4. titul. 3. ſub num. 3.*, *Tiraquell. de retract. lignag. §. Primo gloſſ. 16. num. 9.*, *Chriſtin. deciſ. Belgic. num. 5. lib. 5.*, *& Cortiad. deciſ. 258. num. 8.*, *& ſequen.*, dicunt ſolum, quod Conſanguineus veniens ad excluſionem Fiſci, non ſufficit, ſi in genere probet conſanguinitatem, ſed teneatur probare ſe conſanguineum habilem ad ſuccedendum, nempè intra decimum gradum. Non itaque excludunt illam genericam probationem conſanguinitatis, quæ contextualiter dat intelligere Actorem eſſe intra gradum à iure præſcriptum, & conſequenter recipiendi ſunt in ſenſu illius probationis, quæ ſit adeò generica, & indefinita, vt non tollat dubietatem incluſionis intra eumdem decimum gradum, iuxta communem diſtinctionem ſuperiori loco firmatam.

19 Indubitantius, quia ſucceſſio Fiſci ex capite vacationis bonorum eſt adeò legibus exoſa, atque adeò veroſimili Defunctorum voluntati contraria, vt etiam communiter Doctores ſentiant, quod non modò gradus diſtinctè, ac ſpecificè probandi haud ſint, ſed rurſus ad excluſionem Fiſci ſufficiat, quod aliquis ſemiplenè probet ſe deſcendere ex genere Defuncti; Puta, ſi ipſe, & Defunctus de cuius ſucceſſione agitur habebantur pro Agnatis, & Coniunctis inter Incolas, & Habitatores loci, vbi morabantur; Vel quod ſe mutuò vocarent Agnatos, vel ſi ſic dictum fuerit aliquandò à Defuncto, ſi contingeret eum decedere inteſtatum, & ſine liberis, quod ille ſuus eſſet futurus hæres, vel ſi Defunctus in lecto patiens mori faſſus fuiſſet eum ſibi proximum, vt in puncto pro excluſione Fiſci firmant Claſſici Doctores, quorum verba pro faciliori ſtudio bona fide hic referimus, cum illorum plures de facili reperiri non valeant.

20 Id enim afferunt ex mente *Cyn. in leg. non Epiſtolis 13. Cod. de probation.*, *Manſuer. in prax. titul. de probationib. §. 33.*, ibi == *Item ſi Fiſcus poſſidet bona vacantia ob defectum hæredum, & alius dicat ſe eſſe hæredem Defuncti ab inteſtato, ſi nequit probare gradum conſanguinitatis, nec parentelam, probet, quod ipſe, & Defunctus, de cuius ſucceſſione agitur publicè, & communiter reputabantur Cognati, vel conſanguinei inter habitantes Villæ, vel Loci, in quo fouebat ipſe Defunctus larem, & domicilium. Item, quod audierunt dici à pluribus Habitantibus Loci prædicti, quod illi conſanguinei Filij, aut Nepotes, Fratrum,*

trum , aut Sororum eſſent ; Item , quod ipſi mutuò dicebant , & aſſerebant ſe eſſe Cognatos ex latere Paterno , vel Materno , quod familiariter edebant, & bibebant ſimul dicendo, hic eſt Cognatus meus, & alia verba ſimilia ; Et vlteriùs dicebant, quod ipſo mortuo ſine liberis, alius debeat eſſe ſuus hæres , & proximior de genere ſuo . Item, & ſi Defunctus hoc confeſſus eſt in lecto mortis,fol.mihi 142., vbi etiam *Mattheus Caſtritius in annot.à n.*33.*fol.mihi* 149.

Eumdem *Manſuer.* ſequitur *Euerard. Iunior. conſil.*24.*num.*6.*lib. primo*, ibi= *Idque in primis egregiè ſenſit Manſuer &c. addicens Fiſcum excludi , ſi is qui allegat ſe hæredem defuncti ab inteſtato, nec valet probare gradum Conſanguinitatis , nec parentelam, probet ſaltem , quod ipſe , & Defunctus , de cuius ſucceſſione agitur , publicè , & communiter reputabantur Cognati , vel conſanguinei inter Habitatores Loci , vbi Defunctus habebat domicilium , item , quod audiuerint à pluribus eius loci dici , quod eſſent Conſanguinei , Fratres , vel Nepotes ; Item , quod ipſi mutuò aſſerebant ſe eſſe Cognatos , ſiue Conſanguineos ex latere Paterno , vel Materno , familiariterque ſimul edebant , & bibebant , & ſi Defunctus hoc confeſſus eſt in lecto mortis .*

*Charond.in pandect. lib.*3.*cap.*17., qui licet Gallica ſcripſerit lingua in noſtrum tamen idioma verſus , ità in excluſionem Fiſci reſpondet = *Aggiungerò , che per la proua di colui , che è in lontano grado , à fine di moſtrare, che è parente del Defonto ella ſarà baſteuole per inditij , come di verificare , che il defonto, e lui erano ſtimati publicamente dagl' Abitanti del Luogo doue dimoraua il Defonto , per Cugini , e Parenti , e che il Defonto per tale il riconoſceua, e lo teneua per ſuo futuro Erede, il che tratta bene Maſſuer &c.*

Herman. Vult. , qui ſcripſit in caſu totaliter identifico cum præſenti *conſil.*30.*num.*59., *& ſequent. volum. primo* , ibi = *Quod autem in conſanguinitate probanda , etiam proximioritatem gradus probari deſiderant , id verum eſt , quando controuerſia verſatur inter duos Conſanguineos de proximioritate contendentes ; At ſecus eſt ſi agatur cum alio , puta Fiſco , ſiue Extraneo , inter quos controuerſia de proximioritate eſſe non poteſt , cum proximitas ſit gradus , gradus autem ſit conſanguinitatis , atque tum , eò ipſo , quod conſanguinitas probatur in genere præſumitur probata eſſe proximitas , ita vt onus probandi contrarium in Aduerſarium transferatur .*

*Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm. iur. lib.*45. *cap.*16. *num.*3. , ibi = *Notandum autem eſt in quæſtione , qua Fiſcus ad bona Inteſtati venit, veluti ad vacantia ex defectu Cognatorum, ſi aliquis ſe dicat proximum , & ex genere Defuncti , & conſanguinitatis gradum probare non poſſit , ſufficere probaſſe, quod ipſe, & Defunctus, de cuius agitur hæreditate , habebantur pro Cognatis , vel Conſanguineis inter Incolas Loci , vbi degebant , vel vbi Defunctus habebat domicilium : Vel quod ſe mutuò appellabant Cognatos , vel quod dictum fuerit aliquando à Defuncto , ſi contingeret eum decedere inteſtatum , & ſine liberis, quod ille ſuus futu-*

Digitized by Google

rus eſſet hæres, vel quod Defunctus in lecto moriturus faſſus ſit, eum ſibi eſſe proximum.

Mereſ. de maiorat. Hyſpan. part.2. quæſt.7., qui poſtquam antecedentibus numeris egit quæſtionem, an conſanguinitas pro effectu ſucceſſionis probanda ſit per gradus diſtinctos, ſub *num.68.* præciſa hæc verba ſubdit = *Sed dicta concluſio procedit vbicumque quæſtio, & controuerſia eſt inter duos Conſanguineos, qui ambo prætendunt eſſe vocati ad Maioratum, ſuper quo eſt contentio; Tunc enim neceſſarium eſt, quod vterque diſtinguat conſanguinitatis, & lineæ gradus, ſecundum ordinem ſupra ſcriptum. Si verò Succeſſor in Maioratu litiget cum Fiſco, vel alia perſona non conſanguinea, non tenetur præciſè probare conſanguinitatis gradus.*

Barrij de ſucceſſ. ab inteſtat. tom.2. lib.18. tit.5. ſub num.15., ibi = *Dixi hactenus de caſibus, quibus Fiſcus, vel altus Iuſtitiarius admittitur deficientibus Cognatis. Notandum nunc eſt ſi aliquis dicat ſe Cognatum, & proximum Defuncti, qui cognationis gradum probare non poſſit, ſufficeret probare, quod ipſe, & Defunctus habebantur pro Cognatis inter Incolas Loci vbi Defunctus habitabat; Vel quod ſe mutuò appellabant Cognatos, vel quod aliquando Defunctus dixiſſet, ſi contingeret ſe decedere inteſtatum, & ſine liberis, quod ipſe eſſet futurus ſuus hæres, vel quod Defunctus decumbens moriturus faſſus ſit eum ſibi eſſe proximiorem.*

Alderiſ. de Hæredib. tit.6. num.198., ibi = *Notandum poſtremò eſt in quæſtione, qua Fiſcus ad bona Inteſtati venit, velut ad vacantia ex defectu Cognatorum, ſi aliquis ſe dicat primum, & ex genere Defuncti, & conſanguinitatis gradum probare non poſſet, ſufficiet probare, quod ipſe, & Defunctus, de cuius ſucceſſione agitur, habebantur pro cognatis, & coniunctis inter Incolas, & Habitantes Loci, vbi morabantur, vel vbi Defunctus habebat domicilium, vel quod ſe mutuò vocabant Cognatos, vel quod ſic dictum fuerit aliquandò à Defuncto, ſi contingerit eum decedere inteſtatum, & ſine liberis, quod ille ſuus futurus eſſet hæres, vel quod in lecto Defunctus patiens mori faſſus ſit, eum fuiſſe proximum.*

91 Quapropter ſi ex communiori Doctorum calculo ſat ſuperque eſt in excluſionem Fiſci etiam iſta leuior probatio, quanto magis ſufficere debebit illa, quæ quamuis generica, præſefert ramen, quod conſanguinitas eſt intra decimum gradum à legibus præſcriptum, provt de facto, tamquam ſufficiens admiſſa fuit in dicto *Voto Domini Pierij impreſſ.*, vt diximus poſt *Torr. de Maiorat. tom.3. deciſ.73.*

92 Addita præſertim duplici ratione, quæ vlterioribus diſcurſibus viam quamlibet claudit. Altera eſt, quod illius ſucceſſio, veluti ex omni parte odioſiſſima, excluditur etiam ab illis, qui licet nullam habeant legitimam ſucceſſionem, nihilominus, ex quadam ſola, & nuda, ac ſimplici ſocietate, ad Defuncti hæreditatem admittuntur, vt videmus in Hoſpitali, quod in bonis Expoſitorum, ſeù eius Re-

cto-

ctoris, abſque hæredibus decedentium, ſuccedit excluſo Fiſco, vt tradunt *Bald. in leg. ſi qua illuſtris, verſic. Et ideò expoſitis, Cod. ad Senat. Conſult. Orfician.*, *Cammill. de præſtant. Reg. Catholic. cap.14. num.31.*, *Peregrin. de Iur. Fiſci lib.4. tit.3. num.16.*, *Antunez. de Donat. lib.3. cap.20. num.20., & ſequen.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.10. num.382.*, de ſocio in bonis alterius Socij; De Magiſtratibus, & Collegijs in bonis ſuorum Decurionum, & Collegarum; De Nobilibus vnius Sedilis in bonis alterius Nobilis eiuſdem Sedilis; De Patrono in bonis Liberti; De Vniuerſitate reſpectu Scholaris; Ac demum de Militibus legionarijs reſpectu alterius Militis eiuſdem legionis, quod nempè pariter excludant Fiſcum ſemper veluti inuiſum, omnibuſque exoſum, à ſucceſſione ſic Decedentium abſque hæredibus, determinant *Bartol. in leg. ſi quis filio §. Eius ff. de iniuſto Teſtam.*, vbi de Milite legionario, *Bald. in leg. prima num.2. Cod. ſi liber Imperat. Soc. Caſtald. ac Imperat. quæſt. 110. caſ. 105.*, vbi de Socio reſpectu alterius Socij, *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.2. tit.3.*, vbi de Patrono in ſucceſſione liberti; Omneſque alias Perſonas ſupra expreſſas diſtinctè complectendo, *Farinacc.* acerrimus de cœterò iurium Fiſcalium Patrocinator in ſuis *Fragment. Criminal. parte prima verb. Fiſcus à num.122. vſque ad 145.*, *Barrij de ſucceſſ. ab inteſtat. lib.18. tit.5. à num.4. vſque ad 15.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.10. à n.368. vſque ad 406.*, *Peregrin. de iur. Fiſci lib.4. d. tit.3. à n.6. vſque ad 24.*

23 Quemadmodum verò iſti omnes in conflictu alterius, qui ſe Defuncti conſanguineum contenderet, nequaquam valerent illum obſtringere ad probationem ſpecificam graduum, quia aduerſus ipſos, tamquam merè extraneos, ſemper militaret communiſſima concluſio, quod ſufficit conſanguinitatem denotatiuam incluſionis Actoris intra decimum gradum probatam eſſe, ita, & multò minus de illa excipere valebit Reuerenda Camera, quæ ab illis omnibus in ſuccedendo excluſa remanet, iuxta regulam ſi vinco vincentem te &c. de qua *Text. in leg. de acceſſionibus ff. de diu., & temp. præſcript.*, *Barboſ. axiom.226. num. primo*, *Bonden. collect. legal.25. num.46. volum.2.*, *Mantic. de coniect. lib.10. tit.7. num.6.*, *Rot. in recen. part.18. deciſ.284. num.38.*, Fiſcus enim, vt benè inquit Dominus Subſtitutus in præcitato Memoriali, nullum in hac parte priuilegium habet, & vbi ſpecialiter priuilegiatus non eſt, vtitur iure meri Priuati; Vnde ſi Perſonæ ſuperius expreſſæ, quantumuis eidem Fiſco ſemper præferibiles, ex dicta mitiori probatione excluſæ remanent, potiori equidem iure dicta mitior probatio admittenda erit contra Fiſcum, qui ſimplicis Priuati figuram gerens, non poteſt plus iuris habere, quàm alius quilibet Extraneus, qui eidem in ſucceſſione antefertur, vt ex ſe patet.

24 Altera verò eſt, quod ſi ratione abominabilis ſucceſſionis, ſat ſuperque eſt ſola cauſæ dubietas, vt etiam in dubio huiuſmodi ab ea exclu-

cludatur Fiſcus, ſicuti determinat litteralis *Text.in leg. non puto* 10. *ff. de iur. Fiſc.*, ibi = *Non puto delinquere eum, qui in dubijs quæſtionibus contra Fiſcum facilè reſponderit*, & tradunt vno ore Doctores, ac ſignanter *Iaſon. conſil.99. num.11. lib. primo*, vbi notabiliter ampliat id procedere, ſiue ſit dubium de iure propter varias, ac diuerſas Doctorum opiniones, ſiue ſit dubium inter ipſoſmet Iudices, vt quia ferant Sententias inter ſe contrarias, ſiue etiam ſit dubium in facti probationibus, vtpotè quia probationes Fiſci, & Aduerſarij ſint hinc indè pares, *Nouar. quæſt.104. num.13. verſic. Et tandem*, *Tiraquell.de leg.connub.gloſſ.8.num.176.*, *Crauett. conſil.858.num.9.*, *Maſcard. de probat. concluſ.1234. num.37.*, *R. P. D. Anſald. de commerc., & mercat. diſcurſ.18. num.47.*, *R. P. D. Zaul. ad Statut. Faventin. lib.4. rubr.14. num.31.*, ſi præterea hoc ſignanter procedit quando, prout hic, Fiſcus agit de lucro captando, quemadmodum ampliant *Felin. in Cap. Paſtoralis ſub num.6.de reſcript.*, *Menoch.de præſumpt. lib.2. præſumpt.72. num.5.*, *Anſald. ad Ceparell. reſolut.Fiſcal.23. num.20.*, *Staiban. reſolut.forenſ.69. num.46., & ſequen.tom. primo*, vbi pariter ampliat, ſiue dubium ſit in iure, ſiue in facto, *Calvin. de æquitat. cap.174. num.7.*, *Sperell. deciſ.184. num.17.*, quanto ſemper facilius in hoc caſu recipienda erit hæc ſpecies probationis, quæ non deſcendit ex dubio iuris articulo, ſed ex communi Doctorum Sententia, vt ſuperioribus locis viſum eſt.

25 Nec maioris probationis neceſſitas cauſari poteſt à contraria aſſertione, quod Reuerenda Camera iam reperiatur in poſſeſſione hæreditatis. Tum, quia aſſertio huiuſmodi de facto caludicat ponderando, quod Fiſcus non poteſt bonorum Defuncti poſſeſſionem capere, niſi poſtquam elapſo termino in proclamatibus aſſignato, vt prætendentes ſucceſſionem compareant, Iudex per Sententiam declarauerit bona eſſe vacantia, & ideò ad eumdem Fiſcum pertinere, prout admonent *Burſatt. conſil.200. num.6.*, *Gomez. ad Leg. Taur.8. num.26. in fin.*, *Ramon. conſil.5. num.10., & ſequent.*, *Peregrin. de iur. Fiſc. lib.4.tit.3. num.30.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.10. num.362.*, *Maſſin. de confiſcat. quæſt.25. num.39.*, *Rot. penes Poſth. de manut. deciſ.352. num.4.*; Vndè cum Sententia huiuſmodi non præceſſerit, quia Domina Principalis intra eumdem terminum comparuit, vel proindè aſſerta poſſeſſio allegabilis non eſt, prout nec de facto capta fuit, vel ea in omnem caſum irrita ad quoſcumque effectus remanſura eſſet, iuxta *Text. expreſſum in leg. iuſtas, Cod. de iur. Fiſc. lib.10.*, ibi = *iuſtas etiam, & quæ locum habent, Fiſci actiones præcipimus concremari, ob hoc ſolum, quod ſuis temporibus prolatæ non ſunt*, cum alijs benè adductis per *Camill. de Laratha conſil.75. num.8., & ſequent.*, vbi quod Fiſcus niſi per Sententiam, & iuſtitiam capere non poteſt, quodque ius ſibi dicendi poteſtatem non habet, cum ſuos habeat Iudices, & Procuratorem, per quos agit, & conuenitur.

26 Siue

26 Siue etiam, quia Doctores reſtringentes probandi onus ad ſolam conſanguinitatem in genere, loquuntur præcisè contra Fiſcum, quia iam Defuncti hæreditatem poſſideat, vt videre eſt in eorum verbis tranſcriptis ſub §.20.; Et ratio, quare poſſeſſio huiuſmodi non poſſit Fiſco opitulari, ea eſt, quia nempè numquam poſſidet tamquam Tertius, ſed vt reſtituat, quatenus compareat legitimus Hæres, ex latè adductis per *Raudenſ. de Analog. lib. primo cap.33. à num.66. vſque ad fin.*, & benè aduertit dictum *votum deciſiuum* editum contra ipſam Cameram poſt *Torr. de Primogen. deciſ. 73. num.24.*, ibi = *Non obſtat, quod Fiſcus poſſideat, per quod transferendum ſit huiuſmodi onus in Hortenſiam, quia præterquamquod Fiſcus capit, non vt poſſideat tamquam Tertius, reus, & poſſeſſor, ſed vt reſtituat, quatenus compareat legitimus hæres &c.*

27 Firmo igitur remanente, quod Dominæ Mariæ Hieronymæ non aliud onus incumbat, quam illud probandi conſanguinitatem ſuam, non per diſtinctos gradus, ſed cum ea qualitate, quod ipſa ſit Neptis ex ſorore vterina Marchionis, parum profectò inſudandum eſt, vt quam plenè huic muneri ſatisfactum remaneat. Habemus enim in facto, quod ipſe Marchio ſub Anno 1675., occaſione tam iudicij per eum promoti in Sereniſſimis Collegijs Ianuæ ſuper eius adſcriptione ad nobilitatem, quam litis contra ipſum intentatæ per Principem Nicolaum Fratrem legitimum ſuper prætenſa nullitate donationis ſcut. 100. mil. argenti ſibi factæ per Carolum communem Patrem, cum probare indigeret cognomen Matris, à qua ortum ſuum traxerat, induxit ſui nomine in Teſtes Paulam Mariam eius ſororem vterinam, & Aduocatum Iacobum Confredi, qui ambo examinati claris, & dilucidis verbis, depoſuerunt ipſum duxiſſe ortum ſuum ex quondam Antonia Calcia *Summario Num.10.*; Ex facto autem huiuſmodi gemina deſcendunt principia Dominæ Principalis conſanguinitatem manifeſtè concludentia. Primum eſt, quod ſi Marchio recognouit dictam Paulam Mariam veluti eius ſororem vterinam, dubio procul fatendum eſt, quod æquè in eius Neptem agnouerit Dominam Mariam Hieronymam, quæ eſt illius filia, vt patet ex fide Baptiſmatis *Summario Num.4.*, atque ex Teſtibus relatis *Summario Num.5. litt. D., & ſequent.*, cum recognitio reſpectu vnius pari lance operetur reſpectu alterius, vt punctualiter obſeruant *Mandell. Alb. conſil.83. antè num.18., & num.20., Redenaſch. conſil.62. num.17., dictum votum deciſ. bonæ memoriæ Pierij ſub num.20., Card. de Luc. de præmin. diſcurſ.33. num.11. verſic., & de probatione proximitatis, Rot. penes Balducc. rer. iudicat. tit.3. deciſ. 12. num. 10.*; Secundum verò, quod ſi idem Marchio per eoſdem Teſtes probauit ſe eſſe filium Antoniæ Calciæ, concluſit etiam, iuxta mox adductas authoritates, ſe eſſe coniunctum cum Domina Maria Hieronyma in tertio gradu. Hæc enim recta linea deſcendit à dicta Antonia, nam iſta ex primis Nuptijs contractis

cum

cum Ioanne Antonio Calcio, *vt in Summario Numero Primo*, genuit præcitatam Paulam Mariam, vt ex alia fide Baptiſmatis *Summario Num.2.*, atque ex Teſtibus de quibus in *Summario dicto Num. 5. litt. A. B. D., & E.*, & hæc nupta cum Laurentio de Gregorijs *Summario Num.3.*, procreauit Dominam Principalem, vt in *Summario dicto Num.4.*, *& 5. litt. D. G., & H.*, ex quibus omnibus deſcendentiam dictæ Dominæ Mariæ Hieronymæ probatam eſſe firmant *Noguerol. allegat.25. num.258., Ciroch. diſcept.36. num.16. Rot. coram Buratt. deciſ.709. num.3. coram Ottbobon. deciſ.120. n.20. coram Dunozett. iun. deciſ.780. num.9. coram Emerix.iun.deciſ.1280. num.1.in rec.part.18.deciſ.399.num.17., & ſeqq.,& part.19.deciſ.24. num.10.*

28 Indeque ex eodem facto clara etiam oritur conſequentia, quod ſi ipſe Marchio non poſſet hanc iudicialem confeſſionem conſanguinitatis impugnare, quemadmodum in terminis notant *Peregrin. de fideicom. art.43. num.74., Barboſ. vot. deciſ.22. num.30. lib.2., Capon. controuerſ. Forenſ.6. num.45., Balducc. deciſ., & rer. iudicat. tit.3. deciſ.9. num.54., & ſequent., Angel. de confeſſ. lib.2. quæſt.7. num.2., Rot. coram Emer.ſen. deciſ.97. num.12., & coram Emer.iun. deciſ.645. num.5.*, multò minus illam controuertere poteſt Reuerenda Camera, quæ plus iuris iactare nequit, quam ipſe Defunctus, quæque immò tenetur eamdem confeſſionem, & aliud quodlibet illius factum ſeruare, prout pariter in terminis obſeruant *Scip.Theodor. allegat.18. num.48., & ſequent., Balducc. deciſ., & rer. iudicat. tit.3. dicta deciſ.9. ſub num.42., Rot. coram Merlin. deciſ.488. n.30., coram Emer.ſen. dicta deciſ.97. num.13., & coram Emer. iun. dicta dec.645.d.n.5.,& in Ferrarien.Primogenituræ* 10.*Martij* 1704.§. *Concurrunt,cor.R.P.D.Lancetta.*

29 Neque audienda eſt oppoſitio illa, quod dicti Teſtes ſint examinati ad perpetuam, pluresue tam in perſona, quam in dicto patiantur exceptiones. Omiſſis enim vindicijs ab hoc dicterio inferiùs ſuo loco afferendis, ea hic exuberat reſponſio, quod dicti Teſtes fuerunt inducti pro parte Marchionis, de cuius hæreditate agitur. Cum ergo ille approbauerit, non modo illorum perſonas, & dictum, ſed etiam formam, ſub qua examen ſubiuerunt, neque ipſi, neque eius ſucceſſoribus datum eſt ſub hiſce inanibus prætextibus eorumdem Teſtium releuantiam declinare, ex deductis per *Bartol. in leg. prima* §. *Hoc autem ff. de nou. oper. nunciat., Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.38. num.14., Rot.coram Dunozett.iun. deciſ.343.num.4.,in rec.part.2.dec.748.n.6.,part.10.dec.350.n.5.,& 6.,& part.13.dec.100. num.2.*

30 Indubitantius, quia eiſdem Teſtibus ſucceſſiuè Marchio vſus eſt tam in iudicio ſuæ aggregationis ad nobilitatem, quæ ex calore eorum depoſitionis ab eo tandem obtenta fuit, *Summario Num.14. litt. E.*, quàm etiam in alia lite ſuper nullitate donationis, in qua habe-

Digitized by Google

habebat opus oſtendere viduitatem Antoniæ Matris de tempore conceptionis, de qua dicti Teſtes ampliſſimè deponunt; Vndè ſi illorum depoſitioni, & modo examinis ſuperacceſſit hæc alia duplex, & geminata approbatio, ſtringentius vtique effectum fuit ligamen, ob quod, neque illi, neque eius ſucceſſoribus, amplius licuit illorum dictum impugnare, quemadmodum animaduertunt, *Crauett. conſil.201. ſub num.7. verſic. quod ſi quis, Gabriel. de Teſtib. concluſ.4. num. 71., Rot. coram Pamphil. deciſ. 375. num.3., coram Buratt. deciſ.118.n.4., in rec.par.18.dec.66.nu.7., & dec.620.nu.12, & par.19 deciſ.669.n.10.*

31 Nec momenti eſt, quod neque in vna, neque in altera lite doceatur de eorumdem Teſtium effectiua productione. Quatenus enim ſermo eſt de iudicio aggregationis ad nobilitatem, obiectio non ſubſiſtit in facto, quia decretum Sereniſs. Collegiorum habet in ventre clauſulam illam, *lectis Teſtibus de filiatione, Summario dicto Num.14. Litt.E.*, quæ probat illorum depoſitionem fuiſſe Senatoribus exhibitam, & productam, vt punctualiter notant *Ridolphin. in prax. iudic. part. prima cap.2. num.157., Vrſell. concluſ. legal.31. num.78., Beltramin. in addit. ad Ludouiſ. deciſ.59. num.14., Rota coram Buratt. deciſ.217. num.7., coram Bich. deciſ.466. num.12., coràm Vbald. deciſ.47. num.5., & coràm Dunozett. Iunior. deciſ.864. num.2.*, non attento, quod eadem clauſula referatur ad alios Teſtes examinatos de Anno 1664., qui in alio præcedenti Decreto fuerant producti, quia cum illam comitentur alia verba, ibi = *Lectis Teſtibus de filiatione, Fide Baptiſmatis dicti Magnifici Nicolai Mariæ, alijſque in præcedenti Decreto enunciatis*, manifeſtum fit, quod præcedentes depoſitiones ſtant ſub enunciatiua illorum verborum, *alijſque in præcedenti Decreto enunciatis*, nam dictio *alijs*, tamquam denotans diuerſitatem perſonarum ab antea expreſſis, non ſinit ſub ea eoſdem Teſtes ſuperius nominatos comprehendi ad tradita per *Decian. conſil.24. nu.99. lib. primo, Rodulphin. allegat.39. num.13., Rota coràm Cerro deciſ.791. num.9., & coràm Emerix. Iunior. deciſ.105. num.7., & latè in Romana Pecuniaria, ſeù Reintegrationis Depoſitorum 17. Decembris 1708. §. Non officiente coràm Reuerendiſſimo Decano*, & hoc euidentius comprobatur ex ipſa ſubſtantia rei, de qua agebatur. Alij enim Teſtes examinati Anno 1664. iam fuerant producti vſque de Anno 1669., *Summario dicto Num.14. antè Litt.A.*, & quia nullatenus ſpecificabant cognomen Matris, tunc ideò Collegia diſtulerunt ad peroptatam aggregationem deuenire, vt in dicto *Num.14. Litt.B., & C.*; Reaſſumpta verò ſub Anno 1675. Marchionis nomine inſtantia, eâque commiſſa operæ nobilium Hieronymi Spinolæ, & Simonis Pallauicini, cum iſti ſtatim inueniſſent eamdem difficultatem ſuper defectu cognominis Matris, quemadmodum vterque illorum expoſuit in Epiſtolis directis Marchioni, & in iſtius hæreditate adinuentis, Spinula ſcilicet, vt in *Summario Num.9. Litt.D., & F.*, & Pallauicinus

Sum-

Digitized by Google

Summario Num.8. Litt.B., eorum proinde curas impenderunt in adinueniendis Teſtibus, qui de cognomine, & viduitate Matris deponerent, quemadmodum de facto inuentis Paula Maria, & Aduocato Confredo, de omnibus ad vnguem informatis, vt dicti Nobiles ſub die 4. Maij dicti Anni 1675. in præfatis Epiſtolis ſubdunt, *Summario dicto Num.9. Litt.E., & G., & Num.8. Litt.D., & E.*, illos ſequenti die quinta eiuſdem Menſis examinari fecerunt, *Summario dicto Num.10.*, taliter quod mediante eorum depoſitione, fugatis vndique Syndicorum ſcrupulis, vt proſequitur idem Spinula in alia eius Epiſtola, *Summario dicto Num.11. Litt.B.*, ſtatim ſub die ſexta eorumdem Menſis, & Anni, ſæpèdictum fauorabile Decretum aggregationis emanauit, *Summario dicto Num.14. Litt.E.*; Ecce igitur ex ſubſtantia facti, quod ſi difficultates per Syndicos excitatæ, ſiſtebant in defectu cognominis Matris, ſi abſque illius ſpecificatione præcitatum Decretum ſperari haud poterat, ſi finis obtineri non valuit, ni mediante depoſitione eorumdem Teſtium, qui memoratum cognomen indiuiduant, abſolutum eſt, quod illorum productio, ſeù exhibitio facta fuit, vt benè obſeruant *Adden. ad Gregor. deciſ.59. ſub num.14.*, ibi == *Prout etiam, ex motiuis factis per Iudicem colligitur iura fuiſſe coràm eo actualiter producta, & ab eo lecta*, & cum eo concordant *Vrſell. concluſ.31. num.79.*, *Rot. coram Buratt. deciſ.217. num.9.*, quodque per conſequens innegabile eſt, quod lectura Teſtium per Iudices in decreto enunciata, non ſecus, quam ad eoſdem duos Teſtes referenda venit, cum idem decretum, nulli alio documento, nulliuè alteri probationi valuerit inniti, per ea quæ notant *Adden. ad Ludouiſ. deciſ.224. num.5., & 6., Rot. coram Dunozett. iun. deciſ. 194. numero primo, in recent. part. 6. deciſ. 91. num.7., part.19. deciſ.103. num.24., & deciſ.469. n.33., & 49.*

32 Et hinc patet quanti facienda ſit iactata impoſſibilitas, quod Teſtes examinati die 5. Maij, potuerint die 6. coram Sereniſſimis Collegijs exhiberi. Quoniam ſi digito tangimus exhibitionem realiter fuiſſe factam, immò ſine illa decretum deſuper editum non potuiſſe promulgari, non eſt profectò immorandum ſuper hiſce exagerationibus aduerſatiuis poſitiuo facto in contrarium, immò totaliter repugnantibus qualitati ipſius actus, nam quomodò vmquam dici poterit impoſſibile, quod breue examen duorum Teſtium, neque excedens duo folia valuerit in termino vnius diei exemplari, Sereniſſimis Collegijs exhiberi, & coram iſtorum Nobilibus per Syndicum perlegi?

33 Quatenus verò ſit ſermo de alia lite ſuper nullitate donationis, neque vſus eorumdem Teſtium impugnari poteſt, quia Marchio curauit, quod ſuper illis ſcriberet Cardinalis de Luca, prout de facto Author iſte adhæſiuè ad eorum depoſitionem compilauit *diſcurſ.62. ſub tit. de donat.*; Vndè quidquid ſit an in cauſa huiuſmodi præfati

Te-

Teſtes producti fuerint, vt indè emergat illorum approbatio, ſufficit, quod ijs Marchio etiam extraiudicialiter vſus fuerit, iuxta deducta per *Vrſell. concluſ. legal.*131. *num.*48., *Mareſcott. variar. reſolut.lib. primo cap.*21. *num.*6., & 7., *Rot. coram Otthobon. dec.*178. *num.*2., & 3., *coràm Buratt. deciſ.*243. *num.*6., *in recent. part.*16. *deciſ.*14. *num.*6., & *part.*18. *deciſ.*703. *num.*11.; Mirumque eſt, quod DD. contrarij Defenſores in eorum allegationibus ſupponant, quod idem Cardinalis ſcripſerit in iudicio executiuo eiuſdem donationis terminato ſub Anno 1668., non autem in diuerſo iudicio ordinario non prius reaſſumpto, quam de dicto Anno 1675.; Tum quia integrum illorum examen adhuc reperitur inter ſcripturas, ſuper quibus Author reſponſum ſuum edidit, quæque adhuc extant penes vnum ex Romanæ Curiæ Cauſidicis; Tum etiam, quia idem *diſcurſus* 62. non eſt impreſſus in tractatu eiuſdem Authoris publicato ſub Anno 1671., ſed in illius ſupplemento non priùs edito, quam ſub Anno 1677.: Quapropter cum omnibus in Curia notum ſit, quod ſupplementa eiuſdem Cardinalis eas cauſas continent, in quibus ipſe poſt editos Tractatus ſcripſit, nemo indè, & ex hac circumſtantia, non videt, quod ille non in iudicio executiuo, vt dicebatur terminato de Anno 1668., ſed in alio ſuper meritis, longè ex poſt reaſſumpto, eidem cauſæ ſuum calamum admovere debuit, vt ex ſe patet.

34 Atquè his ſtantibus nec ſubſiſtit, quod examen eorumdem Teſtium vna cum illius exhibitione apud Collegia, non ſit adſcribendum Marchioni, eo quia vterque actus geſtus fuerit à Cauſidico Odono abſquè vlla penitùs illius ſcientia. Quamquam enim non habeamus Epiſtolas ipſius Marchionis, in quibus mandatum ad hæc omnia gerendum tribuit dictis Nobilibus Pallauicino, & Spinulæ, nihilominùs mandatum prædictum non poteſt abſquè veritatis læſione impugnari. Illud namque ſupra euidentiam ipſam reſultat ex Epiſtolis reſponſiuis eorumdem Nobilium, in quibus, exequendo commiſſionem ipſis à Marchione datam, certiorant eum de omnibus, quæ dietim gerebant; Spinula enim ſcripſit Marchioni feciſſe diligentias penès Secretarios Collegiorum, ad effectum recognoſcendi, an ſequuta eſſet illius adſcriptio ad Nobilitatem, prout ab eodem Marchione præſupponebatur *Summario dicto num.*9. *litt.A.* ergò litera miſſiua eiuſdem Marchionis, dicto Spinulæ directa, debebat commiſſionem earumdem diligentiarum continere; Pallauicinus verò in alia Epiſtola ſcripta ſub die 23. Martij 1675. hæc dicit = *Non manco di ſollecitare con ogni premura la ſua aſcrittione, & hauendo pregato Sua Serenità, in ſuo nome, di volermi introdurre per inſtare alli Collegij Sereniſſimi* = *Summario dicto num.*8. *litt.A.*, & rurſus ſub die 27. Aprilis eiuſdem anni

aliam

aliam ſcribit Epiſtolam ſequentis tenoris = *Queſta mattina hò preſentato la lettera al noſtro Sereniſſimo per parte ſua, e l'hò pregato inſieme di voler sbrigar queſta prattica*, & prout latius *in dicto nu.8. litt.B.*

35 Quemadmodum verò ex his certò conſtat, quod per Marchionem datum fuerat dictisNobilibus Viris mandatum ad procurandam ſui nomine ſpedictam adſcriptionem, prout illud deſumi, & probari etiam ex literis reſponſiuis monent *Adden. ad Buratt. deciſ. 532. num.9., Rot. poſt Torr. de Camb. deciſ. 35. num.2., & ibi Add. litt.K., poſt Bonden. collect. legal. deciſ. 55. num.3., & ſeq., & coram Bich. deciſ. 519. num. 16., & in recent. part.4. deciſ. 304. num. 2., part.5. deciſ. 274. num. 5., & ſequent., & part. 11. deciſ. 141. num. 17.*; Ità ſequitur eiſdem veluti in neceſſariam conſequentiam fuiſſe communicatam facultatem ea omnia gerendi, ſinè quibus res commiſſa obtineri non poſſet, *ad Text. in leg. ad rem mobilem 56. ibique Gloſſ. litt. D., & in leg. ad legatum 62. ff. de procurat. Leotard. de vſur. quaſt.33. num.26., Golin. de Procurat. part.2. cap.4. ſub nu.20. & part.3. cap.3. ſub num.56., Card. de Luc. de Camb. diſcurſ. 13. num.7., Sanfelic. deciſ. 181. num.2., & per tot. Maſtrill. deciſ. 204. num.2., & ſequent., Rot. coram Coccin. deciſ. 1541. num.8., & ſequent., & cor.Emer.Iun. deciſ.1332.num.1.*

36 Vndè propterea ſi præfati Pallauicinus, & Spinula, pro aſſequendo effectu commiſſionis, ſibi attributæ, curarunt examinari eoſdem Teſtes ad ſtabiliendum cognomen Matris ipſius Marchionis, ſinè quo optata adſcriptio obtineri non poterat, ſi neceſſaria erat opera alicuius Cauſidici, qui rem dirigeret, & inſtantiam Collegijs faceret, & propterea in locum Aduocati Dalmetæ abſentis elegerunt memoratum Odonum, *vt in Summario dicto num.9. litt.C.* clarum eſt, quod dicti Mandatarij hæc omnia egerunt, iuxtà ſemitas facultatis, quæ ſibi virtualiter attributa fuerat, quodque per conſequens tam inductio eorumdem Teſtium, quam ceteri actus, per eoſdem Mandatarios, & Odonum geſti, non ſecus, quam dicto Marchioni mandanti attribuendi ſunt, iuxtà *Text. in leg. item eorum §. Decuriones, ff.quod cuiuſcumque vnius, Surd. de aliment. tit.8. Priuileg.56. num.88., Bonden. collect. legal.32. num.2. volum.primo, Rot. in Romana Cappellaniæ 16.Martij 1708. §. Adbuc, coram R. P. D. Anſaldo, & in Romana Pecuniaria 29. Ianuarij currentis anni §. Cum itaque, coram R.P.D. Lancetta.*

37 Certius, quia res tota vertebatur in ſolum commodum ipſius Marchionis, proindeque præſumendum non eſt, quod dicti Nobiles Viri, tot, tantaſque diligentias voluiſſent facere in re aliena, & tot etiam, tantoſque actus concernentes graue negotium filiationis eiuſdem Marchionis voluiſſent gerere, ſi opportunum mandatum præcedenter non habuiſſent, prout animaduertunt *Medic. examin.35. num.101., Ciroch. diſcept.58. nu.96., Cyriac. controu.505.*

B num.

*num.*52., *Palm.deciſ.Lucen.*169.*num.*10., *Rot.in recent.par.*2.*dec.*440. *num.*6.

38 Ceſſantque diſcurſus omnes, ex ſucceſſiuo facto ipſius Marchionis. Enim verò, vt præmonuimus, fuit ille certioratus tam de difficultatibus excitatis per Syndicos Collegiorum, quam de inductione, examine, & depoſitione eorumdem Teſtium, *vt in Summario dicto num.*8., *&* 9., & tamen tantum abeſt, quod aduerſus hæc omnia reclamauerit, vt potius ſuperuenta aggregatione, quam ſe probando filium Antoniæ Calciæ obtinuerat, Nobilitatis Ianuenſis gradum aſſumpſerit, & illum non alio titulo vſque ad obitum retinuerit. Quodque magis eſt Secretarijs eorumdem Collegiorum perſoluit mercedem ſcutorum 12. argenti, vt probat Epiſtola Bartholomæi Bottini eius Agentis *Summario num.*13. Notario Peli ſoluit pariter libras ſeptem, & ſolidos duodecim pro recipiendo examine eorumdem Teſtium, & alias libras quatuor Amanuenſi pro duabus copijs illorum depoſitionis, prout reſultat ex computo tranſmiſſo ab eodem Bottino Agente, & inter Scripturas Marchionis reperto, cum annotatione in dorſo de ipſius manu, & caractere exarata ibi = *Conto di ſpeſe fatte dal Signor Bottini in più tempi*, *Summario num.*12., & tandem copiam authenticam ſepè dictæ depoſitionis ſibi tranſmittere fecit, eamque penès ſe retinuit, cum additamento pariter in dorſo de eius manu, & caractere facto ibi = *Teſtimonianza di Paola Maria &c.*, *e del Signor Giacomo Confredi*, *vt in Summario dicto num.*10. *litt.F.* Hæc enim omnia euidenter probant cuncta geſta per Spinulam, Pallauicinum, & Odonum, millies fuiſſe per ipſum ratihabita, & ideò vanum eſſe de opportunæ commiſſionis defectu excipere, cum ratificatio æquipolleat poſitiuo, & ſpeciali mandato iuxtà communiter tradita per *Capon. tom.*4. *diſceptat.*290. *num.*4., *Mantic. de coniect. lib.*7. *tit.*12. *num.*2., *Manſ. conſult.*11. *num.*15., *R.P.D. Anſald. de commerc.*, *& mercat. diſc.*25. *num.*18., *Andreol. controu.*130. *num.*16., *Cirocb. diſceptat.*80. *nu.*13., *Rot. coram Bich. deciſ.*656. *num.*13. *coram Emerix Iunior. dec.* 1264. *num.*7., *in recent. part.*19. *deciſ.* 422. *num.*12., *& in Bononien. expenſarum* 25. *Iunij* 1703. §. *Nec releuat*, *&* 18. *Aprilis* 1704. §. *Pariformiter coram Rmo dell'Olmo*.

39 Eamdem namque ratificationem concludit ſcientia, quam habuit Marchio de depoſitione eorumdem Teſtium abſque vllo pænitus eius ſucceſſiuo diſſenſu, id quod clarè probat tale examen iuxtà ſui votum prodijſſe, nam alias, quis credere poteſt, quod videns ſe conſtitutum filium Antoniæ Calciæ, noluiſſet curare dicti examinis reuocationem, ſi ità rei veritas non ſe habuiſſet, prout obſeruant *Bartol. in leg. qui enim ff. rem rat. baben. num.*3., *Menoch. conſil.*120. *num.*27., *Manſ. conſult.*192. *num.*9., *Altimar. de nullitatibus rubr.*1. *quaſt.*1. *num.*480. *R.P.D. Anſald. de commerc.*, *& mercat. diſcurſ.*30. *num.*23., *& diſcurſ.*63. *num.*4., *& ſequent.*, *Rot. coram* Eme-

Emerix Iunior. deciſ. 1011. *num.*12., *& in recent. part.*12. *dec.*201. *num.*24.

40 Probatur itidem ex fruitione Victorię conſiſtentis in aſſequuta Nobilitate, quæ ſine dicto examine ſperari non poterat, ex qua pariter ratificationem induci tradunt *Mart. Medices deciſ.* 58. *ſub num.*39, *& exam.* 35. *num.* 112., *Ciroch. dicta diſceptat.* 80. *num.*7. *Rot. coram Celſ. deciſ.* 111. *num.*9. *coram Emerix Iunior. deciſ.* 1305. *num.*5., *in recent. par.* 19. *deciſ.* 124. *num.*12., *& in dicta Bononien. expenſarum* 25. *Iunij* 1703. §. *Nec releuat verſic. occurrit rurſus coram Rm̃o dell'Olmo.*

41 Illam quoque ſuadet ſolutio mercedis facta Notario, & Amanuenſi ex cauſa eiuſdem examinis, quæ à poſitiua ratihabitione inſeparabilis eſt, *Menoch. de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*39. *num.*5., *Mart. Medic. deciſ.*58. *à num.*38.,*& ſequent.*, *Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot.* 45. *artic.*2. *num.* 160., *Merlin.*, *Pignatell. controuerſ. forenſ. Cent. prima cap.* 30. *num.* 42., *Rot. in recent. part.* 18. *deciſ.* 109. *num.*9.

42 Et tandem manifeſtè eam conuincit retentio vſquè ad obitum copiæ publicæ eiuſdem examinis, cum dicta inſcriptione in dorſo de caractere ipſius Marchionis, ex quo itidem induci poſitiuam approbationem vſquè ad vltimum vitæ exitum continuatam, monent reſpectu ſimplicis retentionis *Schenard. conſil.* 29. *num.* 8., *&* 9., *Gabriel. de præſumpt. concluſ.*4. *num.*2., *Nola de tranſmiſſ. caſ.* 44. *ſub num.*2., *Rot. coram Bich. deciſ.*256. *num.*9., *coram Duran. deciſ.* 316. *num.*6., *coram Ludouiſ. deciſ.*331. *num.*9., *part.prima diuerſ. deciſ.*811. *num.*9., *in recent. par.*7. *deciſ.*3. *num.*24., *& in Romana, ſeù Verulana Fideicommiſſi* 15. *Maij* 1699. §. *Implicitè*, vbi ampliat præſertim procedere in Viro Nobili, Sagaci, & de ſuis negocijs apprimè inſtructo, *coram bon. mem. Pio*, & reſpectu inſcriptionis de caractere retinentis factæ, *Alex. conſil.* 147. *num.*3., *&* 10. *lib.*2., *Gabriel. commun.concluſ.tit.de præſumpt.concluſ.*3.*nu.*16., *Menoch. de præſumpt. lib.*3.*præſumpt.*67.*n.*32. nimiſque friuola eſt reſponſio, quod retentio huiuſmodi ſequuta fuerit ad effectum habendi notitiam eorum, quæ occaſione adſcriptionis euenerant, ideoquè trahi nequeat ad approbationem non inducibilem ex actibus, qui ad aliam cauſam referri poſſunt. Vltra quod enim notitiam huiuſmodi vndequaque traxerat Marchio ex Epiſtolis eorumdem Spinulę, & Pallauicini, qui eum de cunctis adamuſſim certiorauerant, *Summario dicto num.*8.,*&* 9., proindequè ad hunc effectum non erat ſibi neceſſaria extractio authentica eiuſdem depoſitionis, minuſue illius arcta cuſtodia in eius ſecretiori ſcrinio vſquè ad obitum, ſermo quilibet tollitur, nam eo ipſo, quod ſciuit in actu ipſius adſcriptionis fuiſſe ad ſui inſtantiam examinatos Teſtes deponentes eum eſſe filium Antoniæ Calciæ, & nullatenùs modo aliquo reclamauit, ſed immò eorum exemplum in publica forma penès ſe iugiter retinere voluit,

illius vtiquè cuſtodia, tanto ſilentio ſeruata, nequaquam referibilis eſt ad meram curioſitatem habendi notitiam geſtorum, ſed trahenda eſt ad verum, & genuinum ſenſum, quod ità Marchio ſe geſſerit, vt promptum documentum ſuæ filiationis, etiam reſpectu Matris ſemper habere poſſet, quemadmodum conſideranti patet.

43 Releuantia autem iudicialis, ac geminatæ confeſſionis defuncti Marchionis deſumptæ, vt vidimus, ex inductione, & examine eorumdem Teſtium, ex illorum vſu in duplici iudicio, atque ex alijs approbationibus hucuſquè expenſis, perperam declinari contenditur ſub eo obtentu, quod prodierit ad alium effectum, obtinendi ſcilicet Nobilitatem, & validitatem donationis, ideoquè extendi non poſſit ad diuerſum effectum regulandi ſucceſſionem. Quandoquidem cum in vtroque iudicio principaliter actum fuerit de filiatione Marchionis, quia in puncto Nobilitatis ſperari non poterat fauorabile decretum, niſi indiuiduato cognomine Matris, & in lite donationis nequaquam obtineri poterat iſtius validitas, niſi probata viduitate eiuſdem Matris de tempore conceptionis, quæ per eoſdem Teſtes concluſa remanſit, abſolutum eſt, quod in vtroque actu agebatur de cauſa ſtatus Perſonæ eiuſdem Marchionis, proindequè confeſſiones, & probationes emiſſæ, & reſpectiuè factæ in vno iudicio, & ad vnum effectum, faciunt ſtatum quoad omnes etiam in diuerſo iudicio, & ad alium effectum iuxtà *Text. in leg. ingenuum ff. de ſtat. homin.* quem punctualiter in his terminis expendant *Merlin. Pignatell. controu. forenſ. Centur. 2. cap. 84. num. 24., & ſequent., Capyc. Latr. conſult. 16. num. 15., Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſceptat. 562. ſub num. 13. verſic. ſeptimo, Saminiat. controu. 12. num. 84., & ſequent., Angel. de confeſſ. lib. primo quæſt. 7. effect. 5. à num. 41. ad 46.,* optimè *Rot. in recent. part. 2. deciſ. 335. num. 3., part. 9. deciſ. 68. num. 25., & ſequent., part. 17. deciſ. 339. nu. 31. & ſequent., & coram Cerro deciſ. 715. num. 19., & ſequent., & coram Bich. dec. 79. nu. 1., & ſeqq.*

44 Et ratio inexpugnabilis eſt, quia Perſona ſemper eſt vna, & indiuidua, ideoque non ſinit, vt quis quoad vnum effectum, & in vno iudicio, ſit filius vnius Matris, & quoad alium effectum, & in diuerſo iudicio, ac inter alias Perſonas, ſit filius alterius Matris, vt admonent in propoſito *Merlin. Pignatell. controu. forenſ. cap. 32. num. 2., & ſequent. cent. 2., Andreol. controu. 15. num. 60., Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 3., gloſſ. 8. num. 45., Franc. deciſ. 546. nu. 12.*

45 Et propterea poſſumus videmus, quod aggregationes ad Nobilitatem, in quibus, prout hic, ſeruatis ſeruandis procedatur, reintegrationes ad honorem, Sententiæ emanatæ ſuper puritate ſanguinis, & aliæ ſimiles, ex communi Doctorum, & Tribunalium placito, veluti conſtituentes ſtatum Perſonæ, & familiæ, reſpectu probationis conſanguinitatis faciunt ius quoad omnes etiam non citatos, &

in

in diuerſis iudicijs, ac ad alios quoſcumque effectus, vt de adſcriptione ad Nobilitatem Venetam, eſt *deciſ. Sacr. Rotæ* 339. *num.* 31., *& ſequent. part.*17. *recent.*, de admiſſione ad habitum Sancti Iacobi de Spata, eſt alia *deciſ.*130. *num.*9. *dicta part.*17., de reintegratione ad honorem Sedilis Nidi in Ciuitate Neapolitana *Capyc. Latr. conſultat.*94. *num.*20., de aggregatione ad Nobilitatem Ciuitatis Capuæ, *eſt deciſ. eiuſdem Sacr. Rot. in Neapolitana, ſeù Ciuitatis Caſtelli deſcendentiæ* 14. *Iunij* 1700. *coram Eminentiſſimo Priolo impreſſ. penès Balducc. rerum iudicat. ſub tit. de Legat., & Fideicommiſſ. in ordine la* 10. *ſub num.*13., *& ſequent.*, & in præciſis terminis de alia aggregatione ad Nobilitatem Ianuenſem, eſt punctualiſſima allegatio *Palmæ Nep. impreſſ. in* 2. *tom. deciſ. Lucen. deciſ.*179. *à num.*18. *vſquè ad* 24., vbi reſpondet contrarijs, & non minùs punctualis eſt deciſio illius Rotę *in Genuen. Filiationis de Gentilibus impreſſ. pariter penès eumdem Balducc. ſub eodem tit. de Legat. in ordine la* 9. *num.*31., *& ſequent.*

46 Nec modo aliquo contrariantur authoritates in oppoſitum cumulatæ, quoniam nequè vna illarum percutit caſum noſtrum. Vel enim ex errore Amanuenſis fuerunt allegatæ, quià de hoc puncto non loquuntur, vt ſunt illæ Informationis Domini Aſceuolini §. *Ex præmiſſis*. Vel quæſtionem faciunt de probationibus cumulatis in fraudem Tertij, qui independenter ab ipſo Probante, vocatus ſit ad aliquod fideicommiſſum, vt ſunt cæteræ, quas dicta Informatio reaſſumit in §. *Ergò palàm*, & in his terminis loquuutur etiam *Tiraquell. de retract. lignag., Conciol., Noguerol., Seuerol. in voto deciſiuo, Cenſal. ad Peregrin., Zarat. deciſ.*99., *Rota in recent. part.*13. *deciſ.*388., *& Romana fideicommiſſi* 1712. *coram R. P. D. Anſaldo* adductæ tàm per cæteros DD. Defenſores Reuerendæ Cameræ, quàm per Dominum Fidum Scribentem pro Monaſterio; Vel demùm contra ipſas authoritates ſtant iudicata Tribunalium, prout verificatur in Doctrina *Torr. variar. quæſt. tom.*2. *tit.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 40. *verſic. Terzo perche*, contra quam in eadem cauſa, in qua ipſe ſcribebat, eſt dicta deciſio *Rotæ Ianuen. impreſſa penès Balducc. dicto tit. de Legat. deciſ.*9. *num.* 31., *& ſequent.* Cum ergò nulla illarum deſcendat ad caſum, in quo bona fide, & ſine alterius fraude, probationes factæ, & admiſſæ fuerint in cauſa concernente ſtatum Perſonæ, prout contigit in themate noſtro, in quo dictæ probationes emanarunt in floridiſſima ætate Marchionis, & ſic tempore non ſuſpecto, atquè, vt toties diximus, & nunc opportunè replicamus, nec prodijſſet Sententia aggregationis ad Nobilitatem, ni Teſtes ſpecificum reddidiſſent cognomen Matris, nequè altera emanaſſet ſuper validitate donationis, ſi dd. Teſtes non aſſeueraſſent viduitatem Antoniæ Calciæ ad excludendam ſpurietatem Marchionis, de qua excipiebat Princeps Nicolaus eius Frater legitimus, concludendum profectò eſt, quod nulla earumdem authoritatum ſit caſui noſtro applicabi-

 lis,

lis, ſed firma maneat concluſio, quod dictæ confeſſiones, & probationes, veluti emanatæ in cauſa ſtatus faciant ius quoad omnes, etiam pro effectu ſucceſſionis, vt firmant tot egregiæ authoritates ſuperius adductæ.. Præſertim, quia nec ſumus in caſu Tertij, qui independenter à Defuncto in controuerſa hæreditate ſuccedere poſſit, ſed agitur de ſuccedendo in bonis ipſius Confitentis,& ſic de illius mero præiudicio, vt benè in noſtris terminis ſubdit *Rota in dicta deciſ.68. num.25., & ſequent. part. 9. recent.* ibi = *Confeſſio autem emiſſa ad vnum effectum releuat etiam quoad alium, qui venit in conſequentiam illius, præſertim in merum præiudicium Confitentis.*

47 Hanc veritatem optimè, nouerunt dd. DD. Defenſores Reuerendæ Cameræ, & ideò ad illam euitandam præſupponunt Fiſcum in bonis vacantibus ſuccedere tamquam Tertium independenter à Defuncto, paſſimque propterea in eorum ſcriptis replicant, quod Reuerenda Camera quibuſcumque confeſſionibus,& alijs actibus concernentibus filiationem à Marchione geſtis, nullatenus afficiatur. Sed parcant DD. Aduerſantes ſi dicimus ſuppoſitum iſtud in iure non regere. Quia Fiſcus ſiuè ex teſtamento, ſiuè ex defectu Legitimorum ſucceſſorum capiat bona vacantia, ſemper tamquam Hæres ſuccedit Perſonæ, & bonis Defuncti, & in eum tranſeunt actiuè, & paſſiuè omnia iſtius iura, & actiones, iuxtà communiorem Sententiam, de qua *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb., & Vxorem nomine, Adel. deciſ.5. ſub num.* 270. ibi = *Deficiente ergò Parentela, & alijs, de quibus ſupra, ſuccedit Fiſcus, qui Perſonæ ſuccedit, & bonis, ac ſi in teſtamento hæres inſtitutus fuiſſet, ità, quod in eo omnia tranſeunt actiuè, & paſſiuè Defuncti Iura, & actiones, & num.* 273. ibi = *certè ſuccedit vniuerſaliter Perſonæ, & bonis. Barry de ſucceſſ. ab inteſtat. lib.11. tit.9. ſub num.4.* ibi = *Fiſcum, qui in defectu legitimorum ſucceſſorum capit bona vacantia, ſuccedere iure hæredis, non minùs, quàm ſi inſtitutus fuiſſet, Faiard. allegat. Fiſcal. par.2. allegat.43. num.* 11. ibi = *& ſic cum in bonis, & iuribus Tobiæ nullus ex quauis ſanguinis linea fuerit, Fiſco factus eſt locus, vel ipſo iure, vel iure hæredis, quia ob deficientiam proprij hæredis ſubintrat, Alderiſ. de hæred. tit.6. num.*190. ibi = *Nam deficientibus omnibus ſupra poſitis hæredibus, hæres ab inteſtato eſt Fiſcus, qui Perſonis, & bonis ſuccedit, ac ſi in teſtamento hæres inſtitutus eſſet,aut vt Parens ab inteſtato vocatus fuiſſet, ità quod in eum tranſeunt actiuè, & paſſiuè Defuncti iura, & actiones, Vrceol. de tranſact. quæſt.* 84. *num.* 57., *& ſequent.* dicens contrariam Sententiam non obtinere locum, *quando bona vacantia ad Fiſcum tranſeunt, quia is hæredis loco habetur, veruſque, & poſitiuus hæreditatis eſt poſſeſſor,* & concordant *Bellon. de iur. accreſcen. cap.7. quæſt.45. nu.5., Gaill. lib.2. cap.14. n.4., Roſental. de feud. cap.10. concluſ.42. num.46.*

48 Et ideò tamquam vniuerſalis ſucceſſor tenetur ſeruare confeſſiones, obligationes, & aliud quodcumque factum ipſius Defuncti, non

ſecus,

ſecus, ac quilibet alius hæres, qui vel fuerit inſtitutus, vel ab inteſtato ſucceſſerit, prout firmant *Caſtrenſ. conſil.* 208. *num. primo lib. primo, Bellamer. conſil.*30. *num.primo, & 3., Crauett.conſil.*263.*nu.*7., *& conſil.*596.*per tot.*, & ſignantèr *num.*5., *& ſequent., Bott.conſil.*23. *num.*17., *& ſequent., Rolan. conſil.*31. *num.*43. *libr. primo, Purpurat. conſil.* 424. *num.* 7. vbi, quod in anteà per Defunctum geſtis vtitur mero iure Priuati, *Mandel. Alb. conſil.*209. *num.* 6., *Redenaſch. conſil.*64. *num.*5., *Gaill. lib.*2. *obſeruat.*86. *num.* 6., *Medic. obſeruat.* 25. *num.*2., *Staiban. reſolut.*69. *num.*29., *Giurb. conſil.*43. *num.* 3. *verſic.*. *Et ideò, Alciat.conſil.*24. *num.*8. *lib.*8., *Peregrin. de iur.Fiſc. lib.*5. *cap. primo num.*53., *Gratian.diſceptat.forenſ.cap.*423. *num.*26., *& ſequent & cap.* 840. *num.* 36., *Angel. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.primo, Tiraquell.tractat.variar. verb. le mort ſai ſit le viſ num.* 14. *fol.* 129. vbi quod ſi Teſtator mandet *quiſquis mihi hæres erit, det decem Tito*, Fiſcus, qui bona vacantia occupauit,tenetur illa perſoluere *Sanchez in Præcept. Decalog. lib.*2. *cap.* 22. *num.* 74., *&* 75., egregiè *Chriſtin. deciſ.*10. *num.*22., *& ſequent. tit.*5. *lib.*10. *volum.*5. vbi quod Fiſcus non poteſt contrauenire facto illius,cui ſucceſſit,*Maſin.de confiſcat. quæſt.*35. *num.* 3., *& quæſt.*36. *num.primo*, *Merlin. de pignor. libr.*5. *quæſt.*51. *num.primo in fin., Tabor. lib.*6. *cap.*29. *axiom.*5., *Manſ.conſultat.* 389. *num.* 23., *& ſequent., Rodriguez de priuileg. credit. part. prima artic.*2. *num.*36., *Thomat.deciſ.*145.*num.*11., *Rot. penès Giouagnon. lib.*2. *reſponſ.* 37. *num.* 17., & benè conferunt authoritates ſuperius adductæ *ſub* §. 20. quæ dum firmant etiam ſimplices nominationes per Defunctum factas de aliquo in eius conſanguineum, ſufficere in excluſionem Fiſci, iam concludere videntur, quod ille, veluti omnimodam dependentiam habens ab ipſo Defuncto, non poteſt debitum iuris ex confeſſionibus contractum impugnare.

49 Et ratio eſt clara, quia Fiſcus in hoc ſolum differt ab hærede vero, quod etſi nullum confecerit inuentarium, nihilominùs vltra vires hæreditarias Creditoribus Defuncti non tenetur, quemadmodum diſtinguit *Mandell. Alb. conſil.* 209. *num.*2. ibi = *& quamuis habeat Fiſcus,ſeù Princeps priuilegium, vt non teneatur vltra vires hæreditarias,ſeù bonorum, etiamſi non confecerit inuentarium, in cæteris tamen habetur loco hæredis*, & egregiè aduertit *Manſ. dicta conſultat.* 389. *num.* 24. de cætero autem quoad debita, & obligationes Defuncti intrà eaſdem vires hæreditarias, veri hæredis vices ſubſtinet, & in nihilo prorſus diſcriminatur à quocumque extraneo,prout vno ore tradunt Doctores, & ſignantèr *Mandell. Alb. dicto conſil.* 209. *num. primo, Natt.conſil.*528. *num.*23., *Riminald. Iunior conſil.*50. *num.*88., *& conſil.*131. *num.*3., *& conſil.*419. *num.*19., *Capr.conſil.*124.*num.*2., *Dec. conſil.* 436. *num.* 28., *Cephal. conſil.* 400., *Guazzin. de confiſcat. bonorum concluſ.* 20. *num.* 23., *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.*5. *tit. primo num.* 64., *Carpan. nouar. Conſtitut. Mediolanen. tit. de iur. Fiſc. cap. omnium num.*552., *& ſequent., Manſ. conſultat.*36. *num.*2., *& conſul-*

tat.339. num.21., Tholoſan. Syntagm. lib.45. cap.14. num.4., Faiard. allegat.Fiſcal.3. num.13., Staiban. tom.primo reſolut.60. num.29., Rodriquez de priuileg. Credit. part. prima artic. 2. num. 3., Altimar. de nullitat. rubr. 11. quæſt.14. num.114., Cyriac. controu.forenſ.400. num. 10.

50 Quibus non aduerſantur Doctrinæ in oppoſitum cumulatæ, quia eatenus dicunt eumdem Fiſcum non ſuccedere iure hæredis in bonis vacantibus, quatenus rem agunt ad alios diuerſos, & totaliter diſparatos effectus, vel ſcilicet nè omiſſo inuentario teneatur Creditoribus vltra bona occupata, vel nè adſtringatur ſoluere legata relicta in teſtamento caducato, eo quod hęres in eo ſcriptus vel noluerit, vel non potuerit hæreditatem adire. Et quamquam reſpectu iſtius ſecundi effectus ſtet pariter contra Fiſcum communior opinio deſumpta ex literali *Text. in leg. dicitur, ff. de iur.Fiſc.* ibi = *dicitur ex aſſe hæreditatem, ex Sillaniano, cum Fiſcus vendicat, quod nec libertates, nec Legata tueatur, quod apertè nullam habet rationem, cum ex quibuslibet alijs cauſis Fiſco vendicatis hæreditatibus, & libertates, & Legata maneant,* & ex alio *Text. in leg. quidam Teſtamento* §. *Quoties de Legat. primo,* ibi = *Quoties lege Iulia bona vacantia ad Fiſcum pertinent, & Legata, & Fideicommiſſa praſtantur, quæ præſtare cogeretur hæres, à quo relicta erant,* & magiſtraliter confirmata per *Bald. in leg. eam quam, Cod. de fideicommiſſ., Cauall. comm. contra comm. quæſt. 144. in fin., Redenaſch. conſil. 64. num. 3., & ſequent., Fachin. controu. iur. lib.6. cap. 22. per tot.,* & ſignantèr §. *ad leges in fin.* vbi quod valdè iniquum eſſet, quod culpa hęredum noceret Legatarijs, *Cyriac.controuerſ.230.num.19., Vrceol.de tranſact. quæſt.84. num.58.,* vbi quod hęc opinio eſt magis legibus,& rationi conſentanea, *Mart. de ſucceſſ.Legal.part.4.quæſt.2.artic.6. num.33., & ſequent., Panimoll. deciſ.8. annotat. prima num.58.,* vbi affert eamdem rationem, quod Fiſcus ſubintrat vti Succeſſor loco Hęredis, *Alderiſ. de hæred. tit.6. num.194.,* quia tamen noſtra quæſtio reſtringitur ad onus ſeruandi factum Defuncti, ideò quidquid ſit de articulo ad dictum diſparatum effectum, ſat nobis eſt affirmare poſſe, quod nulla hactenus authoritas attentauit dicere, quod Fiſcus non ſuccedat vti Hęres ad finem ſe eximendi ab onere ſeruandi confeſſiones, & facta Defuncti; Quin immò ipſę met Doctrinę in oppoſitum adductę, loquendo de oneribus,& obligationibus per Defunctum contractis, clarè firmant, etiam Fiſcum in bonis vacantibus ſuccedentem, ad illa,& illas teneri; quia non implicat, quod ille non ſuccedat iure hęredis, & nihilominùs loco ipſius hęredis teneatur ad onera hęreditatis, vt ſignanter videre eſt penès *Amaya in Cod.lib.10.tit.10.num.9. cum duobus ſeqq., Maſſin. de confiſcat. quæſt. 35. à num.primo vſque ad 10.,* vbi quod etſi non ſuccedat per repręſentationem Perſonę Defuncti, quò tamen ad onera dicitur hęres anomalus, *Conciol. reſolut. criminal. uerb. Fiſcus reſol.2., Olea de ceſſion.iur.tit.3.quæſt.9. num.27.*

51 Mi-

51 Minuſque obſtat ratio adducta per alterum ex Dominis exaduersò in Iure Scribentibus, quam penès ſe longè potentiorem dicit authoritate, quod nempè ſi ab arbitrio vniuſcuiuſque penderet agnoſcere Conſanguineum capacem, actum eſſet de ſucceſſione Fiſci in Bonis vacantibus. Quoniàm ſi hæc ratio procederet, iam ſanè dicendum eſſet, quod nec quis poſſet in præiudicium Fiſci aliquem ſibi in hæredem ſcribere. Quemadmodùm verò hoc aſſerere, eſſet magnum abſurdum, quia Fiſcus non ſuccedit, niſi in extremo illo, quo defunctus decedat, vel ſine Teſtamento, vel ſine legitimis hæredibus, ità ſi Marchio valebat etiam pridiè eius morti vniuerſalem ſucceſſorem ſibi deligere, ſeù aliàs cuncta eius Bona per viam donationis diſtrahere, quin poſſet Fiſcus quærimoniam aliquam promouere, multò magis valuit probationes propriæ deſcendentiæ adſtruere, illaſque mediante iterata eius confeſſione confirmare. Immò ſi rationibus pugnandum eſſet, altera profectò reſurgit, quæ pro detegenda inſubſiſtentia contrarij aſſumpti apud omnes præualere debet. Non enim in oppoſitum controuertitur, quod quilibet priuatus hæres confeſſionibus, & facto defuncti, ſtare debeat; Vndè proptereà quale abſurdum non exoriretur, ſi Fiſcus teneri haud poſſet ad factum ſui Authoris, quod quicumque etiam extranei hæredes eumdem Fiſcum excludentes ſeruare debent? Ille enim in hac ſua ſubſidiaria, immò exoſa ſucceſſione, nullo penitùs priuilegio potitur, præter illud non conficiendi Inuentarium, proindèque in ſubiecta materia obnoxius eſt Iuribus illis, quæ communia ſunt cuilibet alteri priuato, & extraneo hæredi, vt admonent *Bott. conſ. 23. num. 27.*, *Crauett. conſ. 596. ſub num. 5.*, vbi quod non docto de priuilegio plus Iuris in eo non eſt, quam in priuato *Menoch. conſ. 101. num. 15.*, vbi quod maius Ius in eo non tranſit, quam in hæredem extraneum *Roland. à Vall. conſ. 31. num. 44.*, *Roſ. conſult. 11. num. 20.*, *Peguer. deciſ. 90. num. 3.*, *Viu. deciſ. 537. num. 8. 10.*, *& ſeq.*, *Rot. coràm Duran. deciſ. 380. num. 8.*, *& in Recent. par. 9. deciſ. 141. num. 19.*

52 Nec denique aduerſatur, quod confeſſiones huiuſmodi valeant ad ſummum D. Mariæ Hieronymæ Ius tribuere ad effectum obtinendi ex Bonis talitèr Confitentis prouiſionalia alimenta, non autem pro alio duriori effectu ſuccedendi vniuerſalitèr in illius hæreditate. Non enim agitur de ſimplicibus enunciatiuis, impenſatè, ac incidentèr emiſſis, ſed de actibus iudicialibus, ſerijs, & proportionatis, in quibus antedictæ confeſſiones emiſſæ ſunt, dùm Marchio poſt inductos Teſtes, & millies ratificatam illorum depoſitionem, duplicitèr tamquam filius Antoniæ Calciæ, & reſpectiuus frater vterinus Paulæ Mariæ, ſtetit in iudicio, & tamquam talis victoriam illam obtinuit, quæ ſecùs inſperabilis erat; Quo circà toties dictæ confeſſiones non minùs in deciſorio Iudicio aſſequendæ hæreditatis, quam in altero ſubminiſtrationis alimentorum probationem Parentelæ, & Conſanguinitatis pleniſſimè concludunt *Vult. dicto conſ. 30.*

 num. 40.

*num.*40. *vol.*1., *Burſatt. conſ.*98. *num.*3. *tom.*1., *Redenaſch. conſ.* 61, *num.*32., *Dec. conſ.*54. *num.*1. *verſ. Sed his*, *& ſeqq.*, *Pariſ. conſ.*10, *num.*110. *lib.* 2., *De Præt. de interpret. vlt. volunt. lib.*5. *dub.* 4. *ſub num.*190., *Ciarlin. controu. forenſ. cap.*23. *num.*32., *Gratian. cap.*491, *num.*24., *Diez. allegat.*25. *num.*61., *Rot. Ianuen. penès Balducc. deciſ.*, *& rer. iudicat. tit.*3. *deciſ.*9. *num.*52. 54., *&* 65., *Rot. noſtra coràm Emerix Iun. deciſ.*533. *num.*9. *coràm Caualer. deciſ.*61. *ſub num.*2., *in Auenionen.*, *ſeù Vaſionen. Primogenituræ* 25. *Iunij* 1700. *coràm bo. mem. Muto impreſs. penès dictum Balducc. deciſ.*, *& rer. iudicat. dicto tit.* 3. *deciſ.* 12. *num.*11., *&* 5. *Decembris* 1701. §. *Et primo*, *&* §. *Contrarijs*, *coràm eodem*, *& in Ferrarien. Primogenituræ* 10. *Martij* 1704. §. *Concurrunt*, *coràm R.P.D. Lancetta*.

53 Non attentis authoritatibus in oppoſitum congeſtis, quia agunt quæſtionem probationis deſcendentiæ elicitæ ex quibuſdam extraiudicialibus nominationibus, quæ nec minùs adſtruebantur pro ſuccedendo in hæreditate Nominantis, ſed pro alio duriſſimo effectu ſuccedendi in excluſionem Tertij ſubſtituti in antiquo fideicommiſſo; Quapropter nullam bonam conſonantiam habent cum præſenti caſu, in quo confeſſiones, nec magis ſeriè, & proportionatè, nec magis ſolemnes eſſe poſſunt, quouè non agitur de ſuccedendo in Bonis Fideicommittentis in excluſionem alicuius Tertij, ſed de obtinenda hæreditate ipſiuſmet Confitentis.

54 Immò neque extrà opportunitatem ſuperaddi poteſt, quod vbi res eſt de actibus, & confeſſionibus, ſeriò, & ex propoſito emiſſis, tùnc illi, & illæ non modo in præiudicium Confitentium, ſed etiam cuiuſcumque Tertij pro effectibus ſucceſſorijs conſanguinitatem probant, vt tradunt *Ruin. conſ.*128. *num.*16. *lib.* 2., *Ciarlin. dicto cap.* 23. *num.*34.; *Angel. de confeſs. tom.*1. *lib.*2. *quæſt.*7. *num.*11., *Adden. ad Gregor. deciſ.*248. *num.*15., *& deciſ.*349. *num.*8., *Rot. in Recent. par.*1. *deciſ.*472. *num.*8. *par.*10., *deciſ.*334. *num.*1., *& ſeqq.*, *& in dicta Auenionen.*, *ſeù Vaſionen. Primogenituræ penès Balducc. dicta deciſ.*12. *num.*12., *&* 5. *Decembris* 1701. §. *Et in puncto*, *&* §. *Nec quidquam*, *coràm bo. mem. Muto*; Vndè quantò magis illam concludere debebunt in excluſionem Fiſci, qui verba, & factum ſui Authoris impugnare non poteſt, vt opportunè dixit *Rot. Ferrarien. penès Balducc. deciſ.*, *& rer. iudicat. dicto tit.*3. *deciſ.*22. *num.*2., *Rota noſtra coràm Cerr. deciſ.*440. *num.*2., *in Recent. par.*16. *deciſ.*138. *num.*7., *in Neapolitana*, *ſeù Ciuitatis Caſtelli Deſcendentiæ* 14. *Iunij* 1700. *coràm Eminentiſſimo Priolo impreſs. penès Balducc. deciſ.*, *& rer. iudicat. dicto tit.*3. *deciſ.*11. *num.*16., *in dicta Auenionen.*, *ſeù Vaſionen. Primogenituræ* 5. *Decembris* 1701. §. *Quinta demùm*, *coràm bo. mem. Muto*, *& in dicta Ferrarien. Primogenitura* 10. *Martij* 1714. §. *Concurrunt in fin. coràm R.P.D. Lancetta*.

55 At verò ſi ex his omnibus conſanguinitas ad quoſcumque effectus innegabilis eſt, quid ſanè dicendum erit, ſi tot actibus iteratis, ac vndequa-

dequaque irretractabilibus, iungantur agnitiones, & tractatus, quibus mutuò inter ſe geſſerunt iugiter Carolus, & Antonia Calcia, ipſa Antonia cum Nicolao Maria filio, & idem Nicolaus Maria cum Paula eius Sorore vterina, & D. Principali eius Nepte, quibuſuè tractatibus tam dicta Paula, quàm eadem D. Maria Hieronyma Principalis tamquam tales, non modò fuerunt ſemper recognitæ à cæteris Conſanguineis Marchionis, ſed etiam ab omnibus extraneis publicè, & palàm reputatæ.

56 Statim namque ac Nicolaus Maria ab vbere Nutricis diſiunctus extitit, fuit per Carolum traditus educationi Antoniæ Calciæ Matris, cui omnia neceſſaria idem Carolus parabat, vt deponunt dicta Paula Maria examinata ſub anno 1675. *Summario dicto Num.* 10. *litt. L.*, ibi = *E quando la Mamma* (ideſt Nutrix) *riportò detto Figlio alleuato ne lo portò in Caſa, & io ſteſſa con mia Madre lo diſtettai, e ſempre ſtette meco, e dormiua meco, & ogni coſa ſi faceua d'ordine, e col conſenſo, & à ſpeſe di detto Signor Carlo*; Aduocatus Confredus referens verba ſibi dicta ab ipſo Carolo Patre, ibi = *E sò ſicuro ch'è mio figlio, perche Antonia ſua Madre, per quanto m'habbia compiacciuto, ciò è ſeguito, perche ve l'hò ingannata, e quaſi violentata vn giorno, che la mandai à chiamare, ſotto il preteſto di far lauori, e poi hà continuato in riguardo de' buoni trattamenti, che le ſono andato facendo*, & prout latiùs *in Summario dicto Num.* 10. *litt. AA.*, necnon etiam Hieronymus Villa, & Auguſtinus Spinetta examinati de anno 1664. ad inſtantiam ipſius Caroli, Villa ſcilicèt ibi = *Quale Magnifico Nicolò Maria leuato poi da Mamma, e portato in Caſa della Madre*, *Summario Num.* 6. *litt. G.* Spinetta verò ibi = *E detto Magnifico Carlo, mi mandaua à portare delli regali in Caſa di detta Signora Antonia, e detta Signora Antonia la vedeuo venire in Caſa di detto Magnifico Carlo, e prattieare domeſticamente con eſſo, e così detto Magnifico Carlo andaua ancor lui in Caſa di detta Signora Antonia*, vt in *dicto Num.* 6. *litt. O.* Quinimò etiam Nutrix ipſa de tempore quo Puerum lactabat frequentèr eum deferebat ad Domum Antoniæ, vt illum videre poſſet *Summario Num.* 18. Eccè igitur, quod non deficiunt agnitiones ipſius Caroli reſpectu dictæ Antoniæ in Matrem Nicolai Mariæ, & eiuſdem Antoniæ reſpectu ipſiuſmet Marchionis filij.

57 Defuncta autem poſt ſeptennium, nempè de anno 1657. in contagione Ianuenſi dicta Antonia Calcia, *Summario dicto Num.* 5. *litt. A.*, *& D.*; factuſque Nicolaus Maria ſubindè maior, omnia veri vterini Fratris ſigna præbuit Paulæ Mariæ ſuperſtiti. Recipiebat enim ſalutationes ſibi per Nuncium miſſas à dicta Paula tamquam eius Sorore vterina, *Summario Num.* 42. *litt. C.*, *& E.* orationibus ſuis vel directè, vel medio Bottini eius Agentis, propria negotia commendabat *Summario Num.* 49., quouſque eadem Paula vixit ſubminiſtrauit illi libras 17. monetæ Ianuenſis in quolibet menſe, vt patet ex pluribus computis ipſius Bottini Agentis in hæreditate Marchionis

nis repertis, & propria eius manu contraſſignatis, atque ex alijs documentis, de quibus in *Summario Num. 33.*, & deponunt Ioſeph Maria Romerius, & Maria Franciſca, Gener, & reſpectiuè filia eiuſdem Bottini, *Summario Num. 37.* ſubdentes hoc notabile, quod ſemel eadem Paula Maria conquæſta fuit de Marchione, ex quo non mandaſſet fieri integralitèr ſolutionem, quam ipſi annuatim ſubminiſtrari faciebat, vt in *dicto Num. 37. litt. E.* Præterea eidem Paulæ impendebat extraordinariè alias ſummas, vt ſignantèr de quantitate libr. 228. ſoluta, occaſione nuptiarum D. Mariæ Hieronymæ Principalis, legitur in *Summario dicto Num. 33. litt. C.*, & de alijs libris 50., ac libris 15. *dicto Num. 33. litt. B.*, *& I.*; Quotannis paritèr in Feſtis Natalitijs largitionem illi faciebat, eo ipſo modo, quo tractabat Moniales Amitas ſuas, vt in *dicto Summario Num. 33. litt. D. E. F.*, *& G.*, & denique Fraternitas inter ipſos explicabatur etiam per epiſtolas, nàm Paula Maria, non omittebat fœlices ei augurationes dirigere in ſolemnioribus Feſtis, de infirmitatibus illorum de Domo eum certiorare, & non ſemel vel extraordinarias ſubminiſtrationes, vel augumentum dictæ menſtruæ præſtationis expetere, allegando rationem, quod charitas debet fieri = *Prima alli SVOI*, vt pandunt quamplurimæ ex eiſdem epiſtolis repertæ inter ſcripturas ipſius Marchionis, & quarum aliquæ dantur in *Summario Num. 35.*, & Nicolaus Maria benignitèr correſpondebat, vel directè eidem Paulæ, *Summario dicto Num. 36.*, vel medio dicti Ioannis Dominici Arnaldi eius Generi, *Summ. Num. 44. litt. E.*

58 Nec paria agnitionis, & tractatuum ſigna deficiunt inter eumdem Marchionem, & D. Principalem, eiuſque Virum, nàm ſequuto de anno 1678. eiuſdem D. Principalis Matrimonio cum dicto Domino Ioanne Dominico Arnaldo, is per epiſtolam de illo certiorauit Marchionem, ſubdens = *Queſto ſanto Matrimonio hà deſtato in me maggiori conſolationi, quando che hò preinteſo l'acquiſto di vn tanto Signore, qual è V. S. Illuſtriſſima*, *Summario Num. 44. litt. A.*, dein prodito in lucem eius filio Primogenito, huic nomen Nicolai Mariæ ad contemplationem ipſius Marchionis impoſuit *Summ. Num. 48.*, & ſucceſſiuè illum paritèr certiorabat, modò de natiuitate eius filiorum, modò de infortunijs Ciuitatis, & Domus, *Summario dicto Num. 44.*, atque vt plurimum petebat ſummam aliquam ſubminiſtrari, allegans ſub die 4. Martij 1702., ibi = *E però col rammemorare alla di lei carità la longa ſerie di anni, in cui hò per la maggior parte ſoſtenuto la perſona della fù Signora Calcia mia Suocera, le ſpeſe della ſua malatia, e funerale, e che io non hò hauuto altro capitale di dote, che quella ſperanza mi ſegnò fin da principio V. S. Illuſtriſſima, sù la quale hò ſempre appoggiato*, *Summario dicto Num. 44. litt. H.*, & ſub die 3. Octobris 1711., ibi = *E mai mi è riuſcito in tanto tempo vedere vn'atto di gradimento, ne tampoco à mia Conſorte VNICA RELIQVIA DELLA CASA CALCIA; Li figlioli ſono otto, cioè quattro maſchi, e quattro femi-*

ſemine, e frà queſte, due nubili, & il loro Padre non può, per le gran ſpeſe, ſoccorrerle di Dote, vt in *dicto Num.44. litt. K.*; Maria verò Hieronyma ſimilia paritèr affectionis, & obſequij ſigna exhibendo, per epiſtolas, vt plurimum quoque ſollicitabat Marchionem ad tribuendos fructus ſuæ charitatis, commemorans eam eſſe ſuam Neptem ex Sorore, ibi = *Rifletta, che al Mondo non hà che vna NIPOTE, quale le ſono io, figlia di vna ſua Sorella, Summario Num.46. litt. A.*, & rursùs ibi = *Ne mai hò potuto ottenere la carità, che gli hò domandato, quando credeuo, che me la doueſſe fare, eſſendo figlia di vna ſua SORELLA, eſſendo in obligo di aggiutarmi con tanta ſua ricchezza*, vt in *d. Num.46. litt.B.*, & paritèr ibi = *Non hauendo PARENTI à ſperare aiuto ſe non da lei, d.Num.46.litt.C.*, & cum de anno 1713. ſuas egeſtates medio P. Lacumaioris ſignificaſſet Marchioni, is eodem medio contribuit ſummam ſcutorum 50. monetæ, vt teſtatur idem Religioſus *Summario Num.47.*, & patet ex epiſtola Mariæ Hieronymæ, in qua illi accuſat receptam dictæ pecuniæ *Summario dicto Num.46. litt. D.*; Talitèr quod dubitandum nec ſit, quod ſæpèdictus Marchio veræ correſpondentiæ, & conſanguinitatis ſigna tam Viro, quàm dictæ Dominæ Principali exhibuerit, vt reſpectu Viri habetur ex *Summario Num. 45.*, & quoad Dominam Principalem ex *Summario dicto Num.46. litt.D.*, & *Num.47.*

Et quod denique eadem Paula Maria fuerit communitèr tractata, & reputata tanquam ſoror vterina Marchionis, neque vlla eſt difficultas, quia Simon Pallauicinus ipſius Marchionis Leuir in epiſtola ei ſcripta ſub anno 1675., eam vti talem nuncupat., ibi = *Paola Maria SORELLA vterina di V. S. Summario Numero 8. littera E.* Tres Amitæ Marchionis Moniales in Ciuitate Ianuæ intèr quas enumerabatur illa Soror Ioanna Maria Pallauicina, quæ fuerat Matrina in Baptiſmate Nicolai Mariæ, *vt in primo Summ. Cameræ Num. 1. & in noſtro Num. 10. litt. CC.*, illam donec vixerunt ſemper veluti Sororem prædictam agnouerunt, tractarunt, & largitionibus ditarunt, quemadmodùm deponunt Nob. Mulier Spinula, Monialis in eodem Monaſterio, & Conſobrina Marchionis *Summario Num.38.*, quatuor aliæ Moniales de viſu deponentes *Sommario Num.39.*, Angela Maria de Stephaninis ab annis 40. inſeruiens eidem Monaſterio, *Summario Num.40.*, & Ioannes Auguſtinus Ruffus Canonicus Primicerius Eccleſiæ Maioris Ianuen. *Summario Num.41.* Tamquam talis fuit ſemper quoque recognita ab omnibus de Domo Bartholomæi Bottini, qui, vt toties dictum eſt, fuit à multo tempore Agens in Ciuitate Ianuæ pro Marchione *Summario Num. 37. litt.B., & D.*, & veluti iſtius Soror vterina fuit etiam nuncupata, & communitèr reputata à cæteris cognoſcentibus hanc Familiam, *vt in Summario Num.41. litt.A., & Num.42., & 51.*

60 Ex his autem omnibus, ſi Carolus Pater agnouit Antoniam Calciam in Matré Marchionis, ſi hæc ſe geſſit tamquam Matrem cum Nicolao Ma-

Maria, ſi iſte ſemper tractauit tamquam Sororem vterinam, & reſpectiuè Neptem, eaſdem Paulam Mariam, & D. Hieronymam Principalem, & denique ſi eadem Paula Maria fuit paritèr tamquam illius Soror communitèr habita à Conſanguineis, Agentibus, & Cognoſcentibus eiuſdem Marchionis, quis vmquam dubitare poterit, quod ſicuti ex prædictis emergunt illi veri tractatus, & agnitiones, quæ in ſubiecta materia à Doctoribus ponderantur, ità ex eiſdem dici debeat conſanguinitas concludentèr probata, per ea quæ aduertunt *Burſatt. conſ.98. num.3. lib.1.*, *Redenaſc. dicto conſ.62. num.16. & 18.*, *Vult. dicto conſ.30. num.38.,& ſeqq. tom.1.*, *Crauett. conſ.249. num. 3.*, *Natt. conſ.235. num. 3. lib.1.*, *Ciarlin. contr. forenſ. dicto cap.23. num.28., & ſeqq.*, *Conciol. allegat.70. num.9.*, *Gratian. dicto cap.491. num.21.,& 22.*, *Pacian. de probat. lib.2. cap.12. num.16.*, *Barboſ. vot. deciſ.22. num.25. lib.2.*, *Diez. allegat.25. num.79.*, *Rot. Ianuen. penès Balducc. deciſ., & rer. iudicat. dicta deciſ. 9. num. 18.*, *Rot. noſtra coràm Royas deciſ. 159. num.7., & in dicta Neapolitana, ſeù Ciuitatis Caſtelli Deſcendentiæ penès eumdem Balducc. dicta deciſ.11. num.10.*, etiam ad præciſum effectum ſuccedendi vniuerſalitèr in hæreditate Agnoſcentis, & Tractantis, vt notant *Redenaſcb. dicto conſ.62. num.22., & ſeqq.*, *Surd. conſ.1. num.62. tom.1.*, *Ciarlin. dicto cap.23. num.31., & ſeqq.*, *Diez. dicta allegat. 25. num.59.*, *Merlin. contr. forenſ. centur. 2. cap.84. num.33.*, *Balducc. in obſeruat. ad conſ. 22. Ramon. num.36.*, *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 43. ſub num.68.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.157. num.11.*, *Rot. coràm Bich. deciſ. 79. num. 8.*, *coràm Dunozett. Iun. deciſ. 981. num. 4., & deciſ.1004. num.9., & 10., & coràm Otthobon. deciſ. 251. num.5., & ſeqq., & num.19.*

61 Vel quod ſaltem ex tot, tantiſque actibus, ità ſeriò, ac ingiter continuatis, adeò vrgentia, adeoque fortia reſurgant adminicula, iteratas Parentelæ confeſſiones à Marchione iudicialitèr emiſſas, comprobantia, vt confeſſiones prædictæ eò minùs valeant per Fiſcum illius Succeſſorem Iure quolibet impugnari, quemadmodùm notant *Redenaſcb. dicto conſ.62. num.35., & 37.*, *Cephal. conſ.137. num.45. volum.1.*, *Angel. de confeſſ. lib.2. quæſt. 7. nnm.32.*, *Rot. in Recent. par.1. deciſ.238. num.11., & in dicta Auenionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ 5. Decembris* 1701. §. *Quæ probatio, coràm bo.mem. Muto.*

62 Nec modo aliquo attendi valent exceptiones, quæ ſingularitèr hiſce tractatibus exaduersò dantur. Quod enim ſubminiſtrationes pecuniarum non excedant ſummam ſcutorum 150., non ſubſiſtit in facto, quoniàm exarato calculo earum omnium, quas huc vſque valuimus recolligere, conſtat eas excedere ſcuta mille monetæ, vt ex eodem Calculo *Summario Num. 34.* Quod verò illarum nonnullæ in computis Bottini Agentis, legantur factæ ſub denotatiuo eleemoſynæ, nil penitùs releuat; Tùm quia titulus charitatis exercitæ erga Conſanguineos non obſtat Iuribus ipſius Conſanguinitatis, cum eadem

cha-

charitas debeat à ſuis primario incipere, vt benè eidem Marchioni allegabat Paula Maria, *Summario dicto num.35. litt. C.*; Tùm etiam quia non eſt inquirendus titulus, quo artificiosè vtebatur Marchio cum ſuis Agentibus, nè magis in publico poneretur ſua Parentela, cum Conſanguineis adeò egenis, & adeò diſparis conditionis, de quo valdè zelotypus ſemper extitit, ſed perſcrutanda eſt cauſa, ob quàm Paula Maria, & D. Principalis, ſollicitabant eum in epiſtolis, vt aliquid contribueret, & in cuius ſollicitudinis implementum ipſe Marchio ad ſubuentiones procedebat. Cùm ergo dicta Paula Maria eas peteret, quia erat ſibi adeò coniuncta, *Summario dicto Num.35.* caſuè itidem Maria Hieronyma expoſtularet, quia eſſet ſua Neptis ex Sorore vterina *Summario dicto Num.46.*, nemo indè non videt, quod dictæ ſubminiſtrationes non ſecùs referri poſſunt, quàm ad coniunctionem ſanguinis, qua, talitèr in epiſtolis allegata, mouebatur Marchio ad ſubminiſtrandum, per ea quæ tradunt *Tiraquell. in l.Si vmquam,verb.Donatione largitus,num.73. Cod. de reuoc.donat.*, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.115. num. 9.*, *Cephal. conſ.216., num.23.*, *Ger.Spin. conſ.28. num.32.*, *Surd. de aliment. tit. 8. priuil.1. num.12., & ſeqq.*, *Rot. coràm Caual. deciſ.212., & deciſ. 377. vtrobique num.6., & in Recent. par.13. deciſ.52. num. 15.*, præſertìm quia neque ipſe in ſuis codicibus talem titulum allegabat, ſed vtebatur enunciatiua ſimplicis ſolutionis, *vt in Summario Reu. Cameræ diſtributo cum tertia Facti Num.4.*, neque illum paritèr adhibebat quoties certiorabat, vel eamdem Paulam Mariam, vel D. Ioannem Dominicum Arnaldum de ordinibus datis pro opportuna ſolutione, vt videre eſt *Summario Num. 36., & Num.45. litt.E.*; Vndè eo minùs attendendum eſt quid Bottinus Agens in ſuis computis adnotabat; Et tantò certiùs, quia non agitur de vna, aut altera ſubminiſtratione, ſed de menſtruis præſtationibus continuatis ab anno 1674., quo Paula Maria per obitum Laurentij de Gregorijs Viri, alieno auxilio indigere cæpit, vſque ad annum 1699., quo diem clauſit extremum *Summario dicto Num. 34.*, quæ equidem in tanti temporis intercapedine continuata ſolutio, nudæ, ac ſimplicis largitionis titulum totalitèr excludit, ex ponderatis per *Spad. conſ. 26. num.16. tom. 3.*, *Poſth. de manut. obſeruat. 53. num. 20.*, *Oſaſch. deciſ. Pedemont. deciſ.99. num.17.*, *Rot. coràm Gregor. deciſ.162. num. 15.*, *coràm Bich. deciſ.522. num.19.*, *& deciſ.543. num.24.*, *& coràm Cerr. deciſ. 566. num.19.*

63 Eademque reſponſione refellitur illa adnotatio facta in libris Marchionis reſpectu partitæ ſcutorum 50. vltimo loco ſubminiſtrata D.Mariæ Hieronymæ,quod nempè ad faciendam hanc eleemoſynam idem Marchio inductus fuerit, ex quo ſibi dictus Pater de Lacumaiori inſinuaſſet miſerrimum ſtatum, in quo reperiebantur nonnulli eius Pœnitentes ſibi optimè noti. Quis enim non videt, quod adnotatio huiuſmodi fuit per Marchionem meditata, nè expreſſo in libris

bris nomine illius, cui pecunia ſubminiſtrabatur, eius Miniſtri caperent anſam inquirendi, qua de cauſa ad hanc præſtationem deueniret, quia veritas eſt, quod ad ſolutionem faciendam non fuit motus ex inſinuationibus dicti Religioſi, ſed ex impulſu ſanguinis, de quo mentionem faciebat epiſtola Mariæ Hieronymæ ſibi per eumdem Religioſum præſentata, dùm in ſequelam dictæ epiſtolæ eamdem quantitatem conſignauit dicto Patri, vt illam traderet Mariæ Hieronymæ quemadmodùm de facto in eius reditu ad Ciuitatem Ianuæ tradita fuit, vt de his omnibus teſtatur idem Pater *Summario dicto Num.*47., & liquet ex alia ſucceſſiua epiſtola Mariæ Hieronymæ inter ſcripturas hæreditatis reperta, *Summario dicto Num.* 46. *litt. D.*

64 Minùs turbat, quod epiſtolæ mentionem facientes de conſanguinitate ſint ſcriptæ à Paula Maria, Ioanne Dominico Arnaldo, & D. Maria Hieronyma, ideoque non ſufficiant ad probandam agnitionem, pro qua requiruntur tractatus reciproci. Sufficit enim, quod Marchio dictas epiſtolas receperit, eas legerit, & abſque vllo reclamationis inditio penès ſe retinuerit, quemadmodùm de his omnibus conſtat eo ipſo, quod illæ omnes repertæ fuerunt poſt ſui obitum in ſecretiori eius Scrinio cum adnotatione in dorſo indicante, à quo illarum quælibet ſcripta erat. In his enim terminis communiſſima eſt Doctorum traditio, non reſtrictiuè ad Mercatores, vt ſupponit Dominus Subſtitutus Commiſſarius, ſed ampliatiuè ad quoſcumque, quod recipiens, legens, & retinens litteras miſſiuas fateri dicitur omnia in eis contenta, quoties illis poſitiuè non contradicit, vt ex bono *Text. in l. Si filius familias.* 16. *ff. ad Senat.Conſult.Macedonianum*, tradunt *Iaſon. in l. Admonendi, num.*142. *in repetit. ff. de iureiur.*, ibi = *Et nota quod ille, qui ſimplicitèr acceptat epiſtolam, & retinet, ſi ei expreſsè non contradicit, videtur fateri vera eſſe omnia, quæ continentur in epiſtola, Bartol. in l.Titius Seio.* 24. *num.*2. *ff. de conſtit. pecun.*, ibi = *Ad quem epiſtola miſſa eſt, quod huic epiſtolæ conſenſit; Reſpondeo, eo ipſo, quod eam recipit, & non contradixit, conſentire videtur*, & ibi etiam *Bald. paritèr ſub num.* 2. *in fin.* his verbis = *Sed quæro an eo ipſo, quod quis recipit vnam epiſtolam videatur conſentire ei, quod in epiſtola continetur, ſi non contradicit; Dic quod ſic*, & vnanimitèr concordant *Abb. conſ.*18. *num.*5. *par.*2., *Alex. conſ.*78. *num.*1. *lib.*1., *Zaſ. conſ.* 2. *num.*77. *lib.* 2., *Gigant. conſ.*32. *num.* 9., *Parſ. conſ.*127. *num.* 32. *lib.*1., *Marant. conſ.* 5. *num.*11., *Cancer. variar. reſolut. par.*1. *cap.* 22. *num.*19., *& ſeqq.*, *Pacian. de probat. lib.*1. *cap.*29. *num.*26., *& ſeqq.*, *Maſcard. eodem tract. concluſ.*627. *num.*10., *&* 36., *Sabell. variar. reſolut. cap.*26. *num.*4., *&* 5., *Angel. de confeſs. lib.*1. *quæſt.*8. *limit.*9. *num.*13., *Paulut. diſſert. legal.*26. *num.*50., *& ſeq.*, *Tabor. lib.*5. *cap.*16. *axiom.*5., *De Marin. deciſ.*39. *ſub* §.*Nec fuit*, & ibi *Reuerter. num.*2., & in præciſis terminis conſanguinitatis *Barboſ. vot. deciſiu.*22. *num.*28., *& ſeq. lib.*2.

65 Quin

65 Quin obſtent authoritates adductæ per Dominum Aduocatum Fiſcalem in ſua allegatione §. 15., quià agunt nudum caſum de recipiente ſcripturam, in qua contineatur calculus dati, & recepti; qui equidem Recipiens ex communi Doctorum limitatione non dicitur approbare, eo quod cum res pendeat à recognitione, an calculus ſit legitimè factus, necne, non præſumitur retinere, vt debitum reliquatus agnoſcat, ſed vt deinceps videat, an rectè calculus ille confectus fuerit, quemadmodum patebit ex illarum lectura. De cætero autem, ſi alius extrinſecus actus non exigitur, tunc ſola ſimplex receptio litterarum ſine contradictione, præiudicat ipſi Recipienti, & inducit illius ratihabitionem, quoad omnia in illis expoſita, vt probant ipſæ authoritates in oppoſitum cumulatæ, & ſignanter *Gabriel. commun. concluſ. lib. primo titul. de præſumpt. concluſ. 2. num. primo*, *Menoch. eodem tract. de præſumpt. lib. primo præſumpt. 65. pariter numero primo*, & egregiè diſtinguit *Pacian. de probat. lib. 1. dicto cap. 29. num. 28. verſ. pro quo, & verſ. ſed ſecus eſt*.

66 Atque ideò nil releuat, quod Marchio in eius Epiſtolis reſponſiuis nullam vmquam conſanguinitatis enunciatiuam emiſerit. Quandoquidem ſi ad eruendam illius approbationem ſufficit, quod tacendo eaſdem litteras reciperet, & penes ſe retineret, non vtique opus erat, quod eamdem conſanguinitatem in ſuis reſponſionibus confirmaret. Vltra quam quod ſi in ſequelam petitionis pecuniarum ex præciſa coniunctionis cauſa promotæ, idem Marchio procedebat ad poſitiuum factum ſubminiſtrationis, non vtique obſiſtit, quod, ſeruando eius naturalem zelotypiam, dicti ſanguinis expreſſionem non fecerit, cum ita ſemper dicatur ipſam coniunctionem, eodem poſitiuo facto approbaſſe, quod verbis longè potentius eſt, iuxta *Text. in leg. Paulus reſpondit*, *ff. rem rat. haben.*, *Barboſ. axiom. 93. num. 9.*, *Poſth. reſolut. 77. numero 46.*, *Bonden. collect. 36. num. 38. tom. primo*, *Rot. in Recent. deciſ. 296. num. 12. part. 4. tom. 2.*, *deciſ. 194. num. 10. part. 6.*, *& deciſ. 151. num. 24. part. 10.*, & in noſtris præciſis terminis *Caſtrenſ. conſ. 151. num. 2. verſ. quartò videtur erga med. lib. primo*, vbi quod nulla alia conſanguinitatis expreſſio requiritur *Dec. conſ. 54. num. 2. tom. primo*, *Surd. conſ. 1. num. 46.*, *Maſcard. de probat. concl. 795. num. 8.*, *Barboſ. vot. 22. num. 21.*, *Rot. deciſ. 238. num. 22. part. 1. diverſ.*

67 Minus vrget quod Paula Maria, Arnaldus, & Domina Principalis, non in omnibus epiſtolis de eadem conſanguinitate mentionem fecerint. Quia cum ſemel, bis, ac ter vterque illorum conſanguinitatem enunciaſſet, prout liquet ex *Summario Numero 35.*, *44.*, *& 46.*, non ſanè debebant quotidiè hanc cantilenam repetere. Dum namque in alijs epiſtolis ex cauſa indigentiæ ipſis ſuperuentæ, tum ex magno filiorum numero, tum ex infirmitatibus, alijſque ærumnis, efflagitarunt Marchionem pro ſubuentionibus,

iam

Digitized by Google

iam dederunt intelligere, quod eamdem indigentiam exponebant pro ſola cauſa impulſiua, ſed de cætero petitionem nitebantur indeclinabili titulo conſanguinitatis, quem de tempore in tempus allegabant, vt notant *Aretin. conſ. 5. num. primo*, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 224. numero 81.*, *Rot. coram Emerix Iunior. deciſ. 1167. num. 7.*, *& deciſ. 1292. num. 9.*, *& in Aſculana Beneficij 5. Martij 1700. §. Minus obſtat verſic. cum quoties*, *coram bon: mem: Muto*, *& in Ferrarien. Bonorum ſuper fructibus 11. Februarij 1707. §. Hæc quoad*, *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Priolo*.

68 Nec pariter refert, quod tractatus, & nominationes aliarum perſonarum procedant à Perſonis extraneis. Quia etiam communis opinio apud Cognoſcentes extraneos, quod Paula Maria fuerit ſoror defuncti Marchionis, quodque proindè vti talis fuerit etiam ab ijs nominata, & reputata, valdè conducit ad probationem conſanguinitatis etiam prò effectu ſucceſſionis, vt contra Fiſcum punctualiter reſpondit *Vult. conſ. 30. num. 44. lib. primo*, ibi == *verum etiam ab omnibus eos cognoſcentibus pro cognatis habiti, & reputati fuerint, quam famam, & communem opinionem, etiam ſolam probare conſanguinitatem, ſeù cognationem reſpondit &c.*, & inferiùs ſubdit opinionem prædictam, ſi, prout hic, cum tractatibus coniuncta ſit, pleniſſimam probationem conſtituere, & communiter adnotant *Alex. conſ. 9. num. 6. lib. 6.*, *& conſ. 68. num. 9.*, *& ſequent. lib. 7.*, *Mandell. Alb. conſ. 6. num. 11.*, *Pacian. de probat. lib. 2. capi 12. num. 23.*, *Redenaſch. conſ. 62. num. 14.*, *Spad. conſ. 282. num. 9. lib. 3.*, *Iou. de contract. minor. gloſs. 22. §. 5. num. 28.*, *Rot. coram Seraph. deciſ. 578. num. primo*, *coram Coccin. deciſ. 64. numero 3.*, *& in Romana, ſeù Ciuitatis Caſtelli deſcendentiæ impreſſa penes Balducc. rer. iudicat. ſub tit. de legat. deciſ. 11. num. 17.*

69 Fortius in hoc caſu, quo iſti alij Tractantes, & Nominantes, nec ſunt omnes extranei ſimplices, ſed ſunt, vel illi de familia Bartholomæi Bottini Agentis Marchionis, & ſic de omnibus veriſimiliter informati *Summario Numero 37.*, vel Conſanguinei ſtrictiſſimè coniuncti eiuſdem Marchionis, nempè tres Moniales illius Amitæ, vt in *Summario Num. 38. cum tribus ſequentibus*, & Simon Pallauicinus eius Leuir, *Summario dicto Num. 8. littera E.* Nemini autem dubium eſt, quod tractatus, & nominationes ſignanter deriuantes ab ipſis Conſanguineis, in maxima ſunt conſideratione apud Tribunalia, & Doctores pro ſtabilienda ſanguinis probatione, cum illi ratione probabilis intereſſe ſint oculatiſſimi in admittendo alios tamquam de cognatione, prout monent *Fab. de Ann. conſ. 28. num. 32.*, *Redenaſch. conſ. 62. numero 16.*, *Balducc. ad Ramon. conſ. 22. num. 34.*, *Diez. allegat. 25. ſub num. 79.*, *Eſcobar. de Nobilit. parte prima quæſtione 11. num. 8.*, *Valenzuel. conſ. 119. num. 137. lib. 2.*, *Rot. in Recentior: part. 15. deciſ. 125. numero 27.*, *part. 17. deciſ. 154. num. 7.*, *part. 19. deciſ. 377. num. 11.*, *& coram Bich. deciſ. 79. num.*

9., &

9. , *& penes Balducc. rerum iudicat. tit. de legat. deciſ.* 11. *num.* 9. *verſic. Ad comprobandam*, *& deciſ.* 12. *num.* 5., nil penitus faciente obiectione, quod nominatio Paulæ Mariæ in Sororem Marchionis facta per eumdem Simonem non probet, quia de tempore Natiuitatis Nicolai Mariæ idem Simon non excederet ætatem 13. annorum. Triplici enim reſponſione dicta obiectio refellitur. Prima eſt, quod ille non nominat Paulam Mariam Sororem Marchionis, ex quo illum viderit naſci, ità vt promoueri poſſit quæſtio incapacitatis ad aſſerendum ſuper his, quæ viderit antè pubertatem, ſed illam taliter nominauit abſque additamento cauſæ ſcientiæ, *Summario Numero* 8. *littera E.*, ergò de eadem fraternitate potuit eſſe informatus poſt ipſam natiuitatem Marchionis. Secunda eſt, quod vbi etiam nominatio referenda eſſet ad ſcientiam de tempore Natiuitatis, adhuc tamen, nec illa obiectionem huiuſmodi pati poſſet, quia Simon de anno 1675., quo epiſtolam ſcripſit, *Summario dicto Num.* 10. *littera E.* reperiebatur in ætate 38. annorum; Vndè benè potuit aſſeuerare ea omnia, quæ ſciuerat, in tempore ſuæ pubertati proximo, iuxta *Maſcard. de probat. concluſ.* 1252. *num.* 11., *Cardinal. de Luca de iuriſdict. diſc.* 3. *num.* 6., *& de Teſtament. diſcurſ.* 26. *num.* 4., *Rot. in Recent. part.* 10. *deciſ.* 75. *num.* 9., *part.* 13. *deciſ.* 293. *pariter num.* 9., & in præciſis terminis Parentelæ in *deciſ.* 221. *num.* 6., *& ſequentibus part.* 2. *diuerſ.* Et poſtremò quod dicta Epiſtola fuit directa Marchioni, & ab eo recepta, & retenta vſque ad obitum, fuit pariter reperta inter alias ſcripturas ſuæ hæreditatis, ideòque quid petimus de hiſce inutilibus quæſtionibus, ſi Marchio nominationem in ea factam tali modo ratam habuit, & approbauit, iuxta firmata in §. 64., *& ſequenti*.

70 Multoque minus releuat quod Teſtes deponentes de tractatibus Conſanguineorum, & de communi opinione fraternitatis apud ipſos vigente, non ſint formiter examinati. Quia vel deponunt de facto proprio, vt ſunt Socer, & Filia Bartholomæi Bottini, *Summario dicto Num.* 37., vel teſtantur de auditu ab ipſis Nominantibus, dum fuerunt præſentes nominationi, vt ſunt Teſtes dati in *Summario Numero* 42., vel teſtimonium perhibent de viſu, vt ſunt alij Teſtes de quibus in *Summario Num.* 38. *cum tribus ſequentibus*. Vndè ſi addatur, quod inter illos ſunt quinque Religioſæ prioris Ordinis Nobilitatis Ianuæ, quarum vna eſt etiam Conſobrina Defuncti Marchionis, vt in *Summario dicto Num.* 38., *&* 39., & Canonicus Ruffus Primicerius Eccleſiæ Maioris dictæ Ciuitatis in Sacerdotio conſtitutus, *Summario dicto Numero* 41., quodque omnes deponunt vniformiter ad tractatus, & iudiciales confeſſiones ipſius Defuncti, nemini dubium eſſe poteſt, quod tùm attenta eorum inſigni qualitate, tum magno illorum nnmero, tum etiam fomento veritatis, quod recipiunt à cæteris circumſtantijs, quan-

tumuis

tumuis formiter non repetiti, pleniſſimam probationem faciant, vt de teſtibus nobilibus notant *Bald. in leg. Teſtium num. 36. Cod. de teſtibus*, *Crauett. conſil. 6. num. 28.*, *Rot. coram Gregor. deciſ. 351. num. 14.*, *coram Buratt. deciſ. 775. num. 3.*, *coram Coccin. deciſione 2011. num. 4.*, *coram Emerix Iunior. deciſ. 262. num. 10.*, *& in Vicen. Iuris ſedendi in Choro 26. Iunij 1705. §. non obſtat coram bon: mem: Muto*; De Religioſis, & Sacerdotibus *Alex. conſ. 143. num. 5. lib. 7.*, *Ayman. conſ. 267. num. primo*, *Gabriel. de teſtibus concluſ. 4. num. 4.*, *Capyc. latr. deciſ. 12. num. 14.*, *Rot. coram Ludouiſ. deciſ. 351. num. 10.*, *coram Priol. deciſ. 384. num. 4.*, *in Recentior: part. 18. deciſ. 152. num. 15.*, *& in Vicen. iuris ſedendi in Choro 26. Iunij 1705. §. nec obſtat coram bon:me: Muto*. De alijs in magno numero, *Ruin. conſ. 86. num. 10. lib. 4.*, *Gratian. diſceptat. 95. num. 4.*, *Rot. in Recent: part. prima deciſ. 494. numero 3.*, *coram Pamphil. deciſ. 590. numero 6.*, *coram Caualer. deciſ. 92. num. 10.*, *in dicta Vicen Iuris ſedendi in Choro 26. Iunij 1705. §. non obſtat coram bon: mem: Muto*, *& in Bononien. Liberationis à moleſtijs 27. Martij 1713. §. & de facto*, *coram R. P. D. Lancetta*, & de Teſtibus adminiculatis *Rot. coram Cerr. deciſ. 782. num. 5. in Recent. part. 14. deciſ. 198. num. 8., part. 18. deciſ. 133. num. 18.*, *in Nullius, ſeù Altamurana Immiſſionis 17. Ianuarij 1701. §. idque etiamſi coram bon: mem: Muto*, *in Firmana Damnorum 22. Iunij 1705. §. Agnita, coram R.P.D. Lancetta*, *& in dicta Vicen Iuris ſedendi in Choro §. Nec obſtat coram bon: mem: Muto*.

71 Præſertim quia nominationes, & tractatus Conſanguineorum, & aliorum Cognoſcentium iſtius familiæ non afferuntur ab hac parte pro principali fundamento conſanguinitatis, ſed adducuntur tantummodò pro adminiculandis toties dictis tractatibus, & confeſſionibus ipſius Marchionis, quo in themate etiam Teſtes quantumuis ad perpetuam tantummodò examinati admittuntur, & fidem faciunt *Gloſs. in cap. cum olim verb. Fratrum de priuileg.*, *Rot. coram Coccin. deciſ. 68. num. 15.*, *& in Recent. part. 2. deciſ. 18. num. 3., part. 15. deciſ. 38. num. 6., part. 19. tom. 2. deciſ. 467. num. 31.*, *& in Illerden. decimarum 26. Aprilis 1700. §. non releuante coram R.P.D. Scotto*.

72 Et denique nec turbat, quod dicti tractatus Conſanguineorum procedere valuerint à credulitate, quod probatio filiationis Nicolai Mariæ facta occaſione adſcriptionis ad Nobilitatem non fuerit erronea. Siuè quia dicti tractatus non ſunt reſtricti ad tempus poſt ſequutam de menſe Maij anni 1675. aggregationem ad Nobilitatem, ſed ab antea ſuum exordium ſumunt, vt reſpectu Amitarum Marchionis liquet *ex Summario Num. 40.*, & quoad Simonem Pallauicinum æquè patet *ex Summario Num. 8. littera E.* Immò & tractatus ipſius Marchionis longè antea incipiunt, vt in *Summario Num. 33. in principio*: ergò verum non eſt quod illi proceſſerint à

cre-

Digitized by Google

credulitate, & fide eiſdem probationibus præſtita, ſiuè, & potentius, quia, vbi eſt error, quem hiſce probationibus impingere contendunt DD. contrarij Defenſores? Illum namque non ſufficit ad propriam opportunitatem allegare, ſed ſtrictiſſimis, & vndequaque concludentibus probationibus iuſtificari debet, quemadmodum in propoſito aduertunt *Hoſtienſ. in Summario lib. 4. titul. qui fil. ſint legit. ſub num. 8., Gratian. diſcept. 653. num. 58., Torr. de Primogenit. Ital. deciſ. 73. num. 20., Rot. coram Biebio deciſ. 649. num. 12., & Rot. Ianuen. in deciſ. impreſſ. penes Balducc. rerum iudicat. tit. de legat. deciſ. 9. num. 51., & 58.*, ibi == *Objicienti de errore, & allucinatione etiam poſſibili ex tractatibus alterius, incumbit onus concludenter iuſtificandi*, & in præciſis terminis contra Reuerendam Cameram Apoſtolicam eſt dictum *Votum Pierij impreſſ. poſt Torr. de Primogenit. deciſ. 73. num. 19., & ſequenti*, ibi == *Et quatenus allegaſſent errorem coacti fuiſſent probare*, & paulo inferius, ibi == *Fortius ad hanc erroris probationem tenerentur in præſenti Camerales &c.*

73 Hìc Dominæ Mariæ Hieronymæ defenſio iam deberet plenariè confecta dici, quoniam ſi, vt vidimus, ea non tenetur probare, gradum filiationis Marchionis reſpectu Antoniæ, ſed ei ſufficit iuſtificare conſanguinitatem ſuam cum Defuncto intra decimum gradum, iuſtè profectò authumare poteſt probationem huiuſmodi ſuperlatiuè impletam eſſe ex probationibus, & confeſſionibus iudicialibus dicti Marchionis, atque ex nominationibus, & tractatibus, tàm ipſius, quàm Conſanguineorum, & aliorum Familiæ Cognoſcentium, ſignantèr contra Fiſcum, pro cuius excluſione longè etiam leuiores exiguntur probationes, iuxta firmata *in* §. *19., & ſeq.*, proindeque ſummo etiam Iure ſperare debet eamdem probationem ab Illuſtriſſimo Domino admittendam eſſe, & tantò certiùs, quia ſi ipſe aperuit ſuum ſenſum, quod filiatio Suor Mariæ Conſtantiæ ſatis concluſa remaneat ex tractatibus, & agnitionibus extraiudicialibus dicti Marchionis, multò magis credendum eſt eum fore admiſſurum probationem Conſanguinitatis Dominæ Principalis, quæ prætèr tractatus, & agnitiones tàm Marchionis, qnam illorum de familia, habet etiam pro ſe illius iudiciales confeſſiones, quæue non minus, quàm filiatio ex hiſcè confeſſionibus, & tractatibus iuſtificatur, *Vult. ſæpè citat. conſil. 30. num. 38. libr. primo, & num. 48., Mandell. Alb. dicto conſil. 83. ſub num. 21., Cephal. conſil. 137. numer. 4. volum. primo, Redenaſch. dicto conſil. 62. num. 18., Maſcard. de probation. concluſ. 411. ſub num. 15., Angel. de confeſſion. lib. 2. quæſt. 7. num. 31., Pacian. de probation. libr. 2. cap. 12. num. 11., Balducc. ad Ramon dicto conſil. 22. num. 33., & ſeqq., Genu. de Scriptur. priuat. libr. 3. quæſtion. 33. num. 19., & ſeq., Peregrin. de Fideicommiſſ. artic. 43. num. 88., Theſaur. quæſtion. forenſ. lib. primo quæſt. 16.*

 num. 8.

num.8. verſic.Ideò ſola,Ciarl. dicto cap.20.ſub n.20.,Poſt.de manuten. obſeruation. 10. numer. 60., Balducc. deciſion., & rerum iudicat. dicta deciſ. 9. num,43., & ſeqq., Rot. Bononien. diuerſ. deciſ. 30. ſub num.34.

74 At verò vbi morem Parti gerendo vna etiam ſimul ad punctum prætenſæ filiationis Marchionis deſcendendum eſſet, iuſtè tamen opponere poſſemus probandi onus principaliter incumbere Illuſtriſſimis Cameralibus, plenè ſcilicèt, & concludentiſſimè demonſtrando, quod idem Marchio non ſit Filius Antoniæ Calciæ. Eſt enim incontrouertibile, quod Marchio faciendo probationes, quod ipſe eſſet Filius dictæ Antoniæ, & tamquam talis duplicitèr ſiſtendo in Iudicio, ſe ſe conſtituit in quaſi poſſeſſione Filiationis dictæ Antoniæ, vt benè aduertunt, *Pariſ. conſil. 10. num.52. volum.2., Ramon. conſil.22. num.12. in fine, Barboſ. d.cto vot. deciſ.22. numer.27. lib.2., Corn. conſil.1. num.22. verſic. Quarto quia tomo 3., Maſcard. de probation. concluſ.790. ſub num.17., & num.39., Cyriac. controuer.236. num.26., Rota in recent. part.19. deciſ.44. num.2.*, quodque ex dicta quaſi poſſeſſione Filiationis poſuit etiam Dominam Mariam Hieronymam Neptem dictæ Antoniæ in quaſi poſſeſſione correſpectiuæ conſanguinitatis, vt contra Cameram proſequitur idem *Votum Pierij*, quod eſt *deciſ. 73. poſt Torr. numer. 16., & ſequent.*, ibi == *Et ſi per actum Legitimationis poſuit Princeps Dominicum in quaſi poſſeſſione Filiationis, quomodo etiam non poſuit Hortenſiam in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis? Et quidem implicat in terminis, quod in ea ratione, ſub qua Hortenſia eſt Conſanguinea Patris, ſub eadem non ſit Conſanguinea eius Filio ex vi relationis traſcendentalis, quæ operatur, quod id, quod eſt diſpoſitum in vno ex correlatiuis cenſeatur in alio diſpoſitum.*

75 Certiùs quando ex præmiſſis concurrunt etiam tractatus, quibus ipſe Marchio agnouit Paulam Mariam Filiam dictæ Antoniæ in eius Sororem vterinam, & Dominam Mariam Hieronymam in eius Neptem, eiſdemque tractatibus adſtipulantur etiam agnitiones aliorum Conſanguineorum; Tunc enim quaſi poſſeſſio eo magis ſtabilita, & confirmata dicitur, vt contra Fiſcum tradit, *Euerard. Iun. conſil.24. num.8. lib.primo*, & benè conſonant, *Ciarlin. dicto cap.23. num.28., & ſeq., Diez. dicta allegat.25. num.79., Balducc. obſeruation. ad conſil.22. Ramon. num.33., & ſeq., Rota Bononien. Diuerſ. dicta deciſ. 30. num. 34., & num. 35., verſic. Coadiuuabatur, Rota noſtra part.13. recentior. deciſ.379. numer.5., part.15. deciſ. 125. num.7., & deciſion. 246. num. 2., & part. 17. deciſ.154. num.7.*

76 Ea autem eſt virtus eiuſdem quaſi poſſeſſionis, vt ſiue agatur de Filiatione, ſiue de Conſanguinitate, vna, aut altera præſumatur, quouſque contrarium concludentiſſimè probetur, ita vt ſi Fiſcus

Fiſcus prætendat Marchionem non eſſe Filium Antoniæ Calciæ, & conſequentèr neque eſſe Auunculum Dominæ Principalis tenetur ipſe hanc negatiuam perſpicuis, & vndequaque claris probationibus concludere, vt contra Fiſcum punctualiter inquiunt *Cyn. in Leg. Non Epiſtolis* 13. *Cod. de probation. num.*3. *in fine*, ibi == *Et tamen quæſtio fuit diſputata poſtea temporibus Petri, & fuit determinatum, quod erat quaſi poſſeſſio, & probatio eius ſufficiebat, donec Fiſcus probaret contrarium, vt dicit Gloſſ. Quæ eſt hic, & hoc magis placet Petro, quia ſatius poteſt concedi, quod ſit quaſi poſſeſſio Fraternitatis, nam inter Fratrem, & Fratrem Iura cognationis contrahuntur, ergo reperiuntur Iura realia, & ſic poſſeſſoria ſimiliter procedunt*; *Foreſter. de ſucceſſion. ab inteſtat. lib.*4.*cap.*10. *num.*3. *Euerard. Iun. dicto conſil.*24. *num.*8. *lib.primo*, optimè *Vulteius* pariter de Fiſco loquens *dicto conſil.*30. *numer.*47., *& ſeq. volum.*1., ibi == *Ea autem vi hæc quaſi poſſeſſio Conſanguinitatis eſt prædita, vt Conſanguinitas ipſa exindè præſumatur, eademque iuſtificata eſſe cenſeatur, quouſque probetur contrarium, nimirum eum, qui in quaſi poſſeſſione Conſanguinitatis eſt, Conſanguineum verum non eſſe, quomodo probandi onus, & quidem negatiuam in Aduerſarium reÿcitur*, & contra ipſam Cameram indiuidualiter ſubdit idem *Votum Pierÿ ſub numer.*34., ibi == *Quia Hortenſia non habet onus probandi Filiationem, quæ tunc probanda eſſet, quando Dominicus vti Filius peteret hæreditatem Iordani, ſed ſat eſt, quod probet Dominicum eſſe in quaſi poſſeſſione Filiationis, reſpectu cuius pleniſſimè eſt in probatis, & ſi contrarium prætendat Camera, ipſa debet probare*.

77 Et quod impugnans Filiationem, ſeù Conſanguinitatem contra eum, qui in quaſi poſſeſſione Filiationis, ſeu conſanguinitatis reperitur, teneatur contrarium per negatiuam coarctatam probare, vno ore poſt *Gloſſ. in Cap. Michal. verb. conſtiterit in fine de filiat. Præsbyter.*, ibi == *Benè ſtatur nominationi, niſi expreſsè contrarium probetur*, *Roland. à Vall. conſil.*22. *numer.*5. *libr.*3., *Soccin. Iun. conſil.*67. *numer.*11., *Ruin. conſil.*141. *num.*17. *lib.*5., *Cephal. conſil.*435. *num.*51., *Decian. conſil.*54. *num. primo litter. A.*, *Redenaſch. dicto conſil.*62. *num.*19., *Burſatt. dicto conſil.*98. *num.*6. *lib.*1., *Actolin. reſolution.* 30. *num.*13., *Gratian. diſceptat.*135. *numer.*50., *Merlin. centur.*2. *cap.*84. *num.*32., *Genu. de ſcriptur. priuat. lib.*2. *quæſtion.*33. *num.*19., *& ſeq.*, *Balducc. ad Ramon. conſil.*22. *num.* 33., *& ſeqq.*, *Viu. deciſ.*212. *num.*8. *libr.*2., *Rota Ianuen. penès Balducc. ſub titul. de legat. dicta deciſ.*9. *num.*43., *& ſeqq.*, *& numer.*49., *& ſeqq.*, *Rota noſtra coram Buratt. deciſ.*155. *num.*3., *coram Coccin. deciſ.*1369. *num.*1., *coram Emerix Iun. deciſ.*334. *num.*8., *in rec. par.*15. *deciſ.*217. *num.*7.

78 Nec verùm eſt in Iure, quod dicta quaſi poſſeſſio operetur tantummodò ad effectum obtinendi alimenta, non autem pro aſſequen-

da hæreditate. Quoniam præſumptio ex eadem quaſi poſſeſſione elicita, quod nempè Filiatio, ſeu Conſanguinitas cenſeatur pleniſſimè iuſtificata, donec contrarium probetur, operationem ſuam extendit etiam ad caſum vniuerſalis ſucceſſionis, ſeu petitionis hæreditatis, proùt contra Fiſcum proſequuntur *Vult. dicto conſil.30. numer.59. verſic. Atque pro hac ſententia*, *Euerard. dicto conſil.24. num.9. libr.primo*, & pleniſſimum eſt idem *Votum Pier. contra Cameram extenſum*, quod non de alimentis, ſed de vniuerſali ſucceſſione in bonis Baſtardi agit, & contra alios indiſtinctè affirmant, *Corne. conſil.primo num.22. libr.3.*, *Burſatt. dicto conſil.98. num.3.*, *& ſub num.8.*, *Mandell. Alb. dicto conſil.83. ſub num.22. verſic. Et hoc procedit etiam in deciſorijs lib. primo*, *Berett. conſil.39. ſub num.10.*, *Redenaſch. dicto conſil.62. numer.21.*, *Ger. Spin. conſil.64. num.14.*, *Tuſch. concluſ.147. num.78.*, *Gaill. obſeruation.97. num.19. libr.2.*, *Simon. de Prat. de interpratat. vltim. voluntat.libr.5. dub.4. num.220.*, *Menoch. de arbitr. caſ.89. num.70. & ſeq. lib.2.*, *Balducc. ad Ramon. dicto conſil.22. num.36.*, *& rerum iudicat. ſub titul. de legat. dicta deciſ.9. num.52.*, *& 53.*, *& ſeqq.*, vbi reſpondet contrarijs, *Afflict. deciſ.25. num.1.*, & ibi latè *Vrſill. num. primo*, *& ſeqq.*, vbi contrarios explicat, *Rota coram Bichio deciſ.79. num.8.*, non reluctantibus authoritatibus per Dominum Aduocatum Fiſcalem adductis in ſua informatione §. 10., & 17. illæ enim procedunt, vel in caſu quo agebatur de ſuccedendo in bonis Fideicommiſſarijs in excluſionem ſubſtituti, vel vt plurimum in alio caſu, quo quaſi poſſeſſio eliceretur ex tractatibus Patris erga Filium, qni veluti referibiles illecebris Amaſiæ, ac nimiæ credulitati, quam illi Pater præſtabat, non poſſunt quaſi poſſeſſionem attribuere pro effectibus deciſorijs. Poni ergò debent ad partes in præſenti themate, quo quæſtio, vt vidimus, non eſt de ſuccedendo in excluſionem Tertij venientis independenter á Defuncto, minuſque de actibus æquiuocis, & ad aliam cauſam trahibilibus, ſed de iudicialibus confeſſionibus, alijſque actibus adeò proportionatè, ac ſeriò geſtis, vt vix caſus alter reperiri poſſit, in quo eadem quaſi poſſeſſio validioribus medijs valeat comprobari.

79 Minuſque verum eſt, quod quæſtio quaſi poſſeſſionis conſanguinitatis, ſeu Filiationis intret tantummodò vbi agitur de Filio nato ex iuſtis nuptijs, ſeù ex concubina Domi retenta, quia illam procedere tam in Filijs legitimis, quàm illegitimis, immò etiam ſpurijs, cœteriſue ex damnato coitu progenitis, & iſtis omnibus eandem quaſi poſſeſſionem ſuffragari tradunt, *Burſatt. dicto conſil.98. num.5.*, *Gozadin. conſil.13. num.55.*, *Surd. conſil. 1. ſub num.64. verſic. Et prædicta tomo primo*, *Maſcard. de probat. concluſ.789. num.12.*, *Barboſ. in repert. practic. concluſ. verb. filiatio, & filius* §. 3. *verſic. Et nominatio*, *ac tractatus*, *Rota Ianuen. penès*

nès

nès Balducc. dicto titul. 3. deciſ. 9. num. 80., *Rota Bononien. diuerſ. deciſ. 30. num. 35.*

80 Poſito autem, quod Reuerendæ Cameræ incumbat onus hanc negatiuam concludenter probandi, tantum abeſt, quod onus prædictum hucuſque adimpleuerit, vt potius è conuerſo, ſi neceſſitas ſuper eſſet iuſtificandi eamdem Filiationem, ea tamen vndequaque concluſa remaneret. Exoptans namque Carolus, Defuncti Marchionis Pater, eum adſcribi facere ad Nobilitatem Ianuenſem, induxit ſub anno 1664. ſub formali examine tres Teſtes, æquè formiter ſequenti anno 1665. reaſſumptos, qui cauſæ ſcientiam reddentes, clariſſimè deponunt Nicolaum Mariam eſſe Filium dictæ Antoniæ *Summario dicto Num. 6. per totum.* Si igitur probatio Filiationis deſcendit ex depoſitione trium Teſtium, nemo ſanè non dixerit eam ſuperlatiuè concluſam eſſe, cum leges noſtræ in ſubiecta materia etiam de ſolo teſtimonio duorum contentæ ſint, vt monent, *Paul. in Leg. Errorem Cod. de teſtamen.*, *Maſcard. de probat. concluſ. 797. num. 6., Gozzadin. conſil. 13. num. 34. verſic. Ita etiam, Dec. conſil. 272. in princip., Mandell. Alb. d. conſil. 38. num. 18., Rota coram Buratt. deciſ. 155. num. 1., & 6., & cor. Coccin. deciſ. 1880. num. 4.*

81 Reſpondetur exaduerſo, quod Teſtes prædicti non ſpecificent cognomen dictæ Antoniæ, & proindè iſtius maternitatem non probent. Sed reſponſio huiuſmodi irreleuantiſſima eſt, quia quamuis dicti Teſtes ad effectum non denigrandi honeſtatem dictæ Mulieris, ità inſinuante eodem Carolo, illius cognomen reticuerint, fuiſſe tamen loquutos de vnica Antonia Calcia ſupra euidentiam ipſam demonſtratur, tum ex facto indeclinabili eiuſdem Marchionis, tum etiam ex circumſtantijs hanc veritatem comprobantibus, ex quibus pro identitate Perſonæ cognomen ſuppleri animaduertit, *Imperator in §. Si quis in nomine Inſtitution. de legat., Eſcobar. de Nobilitat. part. prima quæſtion. 16. §. 2. num. 22., & §. 3. ſub num. 9. 20., & 26., Rota coram Seraphin. deciſion. 489. num. 2., coram Cerro deciſ. 944. num. 4.*, optimè *coram Otthobon. deciſ. 154. num. 4., & ſequentibus, & deciſ. 251. num. 49., coram Coccin. deciſ. 528. num. 3., in recen. par. 6. deciſ. 184. num. 29., & ſeqq., & deciſ. 263. num. 8.*

82 Ex facto enim Marchionis habetur, quod petita diù adſcriptione ad nobilitatem illius Reipublicæ in vim dictorum trium Teſtium cum ſibi eadem difficultas opponeretur ſiſtens in defectu cognominis Matris ad illam tollendam induxit ſub anno 1675. præcitatos alios duos Teſtes, qui cubitalibus litteris depoſuerunt, illam Antoniam Viduam, de qua præcedentes Teſtes reticito cognomine depoſuerunt, eſſe Antoniam Calciam, illamque duxiſſe in lucem Nicolaum Mariam, cum Carolo Pallauicino progenitum *Summar. Numero 10. à litter. H., vſque ad fin.*, ſiue igitur hæc noua probatio

accipiatur ex ſe, ſiue ſumatur pro declaratione antecedentis depoſitionis, ſemper verum eſt, quod probationem identitatis Matris pleniſſimè contra Fiſcum iuſtificat, quia tamquam geſta per ipſum Marchionem, cuius factum, vt alibi probauimus, Reuerenda Camera impugnare non poteſt, nulli dubium relinquit, quin veniat religiosè attendenda *Cardinalis de Luca de Iurepatronat. diſcurſ.60. num.24., & ſequent.*, *Rota in Balneoregien. Pecuniaria 16. Ianuarij 1713. §. Et tamen, coràm R. P. D. Aldrouando, & in Fauentina Fideicommiſſi de Paſſis 17. Februarij eiuſdem anni §. Maximè coràm R. P. D. Lancetta*, non obſtante, quod ad alium effectum peracta fuerit, quia veluti emanata in cauſa ſtatus, operatur quoad omnes effectus reſpicientes ſtatum eiuſdem Perſonæ, atque in omni diuerſo iudicio, etiam contra non citatos, vt latè deductum eſt *in §.43. cum tribus ſeqq.*

83 Circumſtantiæ verò hanc veritatem comprobantes ſunt plures, & quidem grauiſſimæ. Prima deſumitur ex atteſtatione Phyſici Peri deponentis ab anno 1654., quo cæpit agnoſcere Antoniam Calciam, audiuiſſe dicere, quod ipſa Antonia, dum erat Vidua cum Carolo genuiſſet Nicolaum Mariam, *vt in Summario Numero* 15., à quo nec diſcordat ſecunda depoſitio eiuſdem Teſtis data per Reuerendam Cameram *in Summario eius tertiæ Facti Num.*8., ex alia atteſtatione Nicolai Giratti, qui veluti habitans in vicinia, & frequentans domum Antoniæ Calciæ, depoſuit ſe ſcire Nicolaum Mariam ab ea in Viduitate exiſtente natum eſſe, *Summario Num.*17., & pariter ex atteſtatione Dominæ Mariæ Variſiæ deponentis audiuiſſe frequenter dici à Maria Nutrice Marchionis, quod ipſe erat filius naturalis cuiuſdam Dominæ Antoniæ Viduæ, quæ habebat vnam filiam nomine Paulam Mariam, *Summario Numero* 18., ſi itaque ex hiſce alijs tribus Teſtibus depromitur, quod Marchio natus eſt ex Antonia Calcia Vidua, en patentiſſimè oſtenſum, quod illa Antonia Vidua, de qua deponunt tres Teſtes anni 1664., non ſecùs prædicari poteſt, quam de Antonia Calcia, vt ex ſe patet; Non releuante, quod dicti poſteriores tres Teſtes haud ſint formiter examinati, quia cum adducantur tantummodò coniecturalitèr ad comprobandam identitatem Matris, quantumuis ad perpetuam examinati fidem faciunt, *Rota coràm Cerr. deciſ.*589. *nu.*2., *coràm Verall. deciſ.*208. *num.*8. *parte* 2., *in Recent. parte* 8. *deciſ.*177. *numero* 11., *parte* 14. *deciſ.*198. *numero* 8., *& parte* 16. *deciſione* 38. *numero* 6.

84 Secunda circumſtantia eruitur ex ſituatione Domus tunc inhabitatæ per Antoniam Calciam. Hæc enim de tempore natiuitatis Marchionis habitabat in domo Illuſtriſs.Franciſci Mariæ Imperialis ſita retro illius Palatium, vt deponunt Aduocatus Confredus *Summario Numero* 10. *littera Q.* Phyſicus Peri *Summario Numero* 15. *in princip.*, Nicolaus Girattus *Numero* 17. *littera A.*, & Domina Ma-

ria

ria Catharina Variſia *Numero* 18. *littera B.*, cum autem Antonia Vidua, de qua deponunt Teſtes anni 1664. reticentes cognomen habitaret de tempore natiuitatis Nicolai Mariæ in ipſa domo retro Palatium dicti Imperialis, vt teſtatur Auguſtinus Spinetta illorum alter *Summario Numero* 7., ibi == *E che mentre queſta Signora Antonia partorì l'iſteſſo figlio Maſchio ſtaua dietro al Palazzo dell'Illuſtriſſimo Franceſco Maria Imperiale*, == En quoque oculariter demonſtratum, quod Teſtes de Antonia Calcia debuerunt neceſſariò intelligere. Nil penitùs faciente, quod in depoſitione iſtius Teſtis data in hoc *Summario Numero 6. littera M. cum ſequent.*, nullum habeatur verbum de loco habitationis dictæ Antoniæ, quia ſupplicamus animaduerti, quod dictus Teſtis non vna vice tantummodò, ſed ter examinatus fuit in dicto iudicio aggregationis ad nobilitatem, vt de vno & altero examine ſequutis anno 1664., & 1665. videre eſt *in Summario Numero 6. littera Q.*, & in alio penitùs diſtincto nos aſſerimus conſtare de identitate domus Antoniæ, cuius examinis copia, cum ob præpotentiam aliorum Nobilium collitigantium hucuſquè haberi non potuerit, opus habuit Domina Principalis mediante depoſitione duorum Sacerdotum, qui illius tenorem originaliter in actis legerunt, verba eiuſdem examinis obtinere, *vt in Summario dicto Numero* 7.; Vndè ſicuti circumſtantias illas, quas Teſtis non expoſuit in prioribus depoſitionibus benè potuit ſuperaddere in alia, de qua *dicto Numero* 7., abſque incurſu alicuius minimæ contrarietatis, iuxta tradita per *Alexand. conſil.* 64. *numero* 11. *libro primo*, *Decian. conſil.* 163. *numero* 15. *verſ. & profundamento*, *Rot. coràm Bich. deciſ.* 618. *numero* 6., *in Recentior. parte prima deciſ.* 147. *numero* 14., *parte* 12. *deciſ.* 101. *num.*22., *parte* 18. *deciſ.*82. *num.*35., ità licitum eſſe debuit Dominæ Mariæ Hieronymæ dictum poſteriùs examen, medio eorumdem Teſtium iuſtificare, cum quilibet impeditus documenta ſua ex Notarij colluſione ab actis extrahere, nullatenùs præpediatur illorum exiſtentiam, & tenorem aliundè concludere, vt benè notant *Crauett. conſ.* 203. *num.*18., *Maſcard. de Probat. concluſ.* 32. *num.*45., *& ſequent.*, *& concluſ.*416. *num.*11., *Rot. in Recent. deciſ.*552. *num.*11. *par.*18. *tomo* 2.

85 Nec ſimiliter facit, quod dicti Phyſicus Peri, & Variſia non poſſint deponere de loco habitationis dictæ Antoniæ Calciæ, ex quo de tempore partus idem Peri non moraretur Ianuæ, & eadem Variſia non excederet ætatem duorum annorum. Procederet enim obiectio, ſi dicti Teſtes deponerent de viſu eiuſdem habitationis, ſed cum eorum atteſtatio ſit ſolum de auditu, nulla eſt impoſſibilitas, quod in ætate capaci illam valuerint ab alijs ſcire, quodque eorum depoſitio, vna ſimul cum altera Aduocati Confredi, & Nicolai Giratti de viſu habitationis deponentium, *vt in Summario Num.*10. *littera Q.*, *& Numero* 17. *littera A.*, valeat plenam dictæ domus

probationem conſtituere ad *Text. in Capit. Cum tu de Teſtibus*, *Alexandr. conſil.* 185. *numero* 5. *libro* 7., *Roman. conſil.* 290. *in fin. verſ. cæterum*, *Pancirol. conſil.* 12. *numero* 43., *Rota coràm Gregor. deciſ.* 558. *numero* 6. *cum ſequentib.*, *coràm Bich. deciſ.* 20. *numero* 12., *& coràm Buratt. deciſ.* 143. *numero* 12., *& deciſ.* 604. *numero* 5.

86 Tertia circumſtantia deſumitur ex eo, quod tam Teſtes examinati de anno 1664., cognomen Matris reticentes, quàm alij inducti de anno 1675. idem cognomen explicantes, vnicè deponunt ſuper illa identifica fide Baptiſmatis data *in primo Summario Cameræ Numero Primo*, vt reſpectu Teſtium examinatorum de anno 1664. liquet *ex Summario dicto Numero* 6. *in fin.*, & quoad alios patet ex eodem *Summario Numero* 10. *litter. CC.*, ſi autem Puero in dicta fide deſcripto Teſtes anni 1675. dant in Matrem Antoniam Calciam, neceſſariò fatendum eſt, quod Antonia per Priores Teſtes nominata, ſit illa met Calcia, de qua ſucceſſiuè Teſtes deponunt, nè aliàs vnicus Nicolaus Maria in vnica fide deſcriptus, dici debeat genitus à duplici Matre, vt patet ad ſenſum.

87 Quarta æquè grauis oritur ex concordantia Nutricis, quæ lactauit Nicolaum Mariam. Teſtes namque exprimentes cognomen Matris inquiunt fuiſſe traditum ad lactandum Mariæ Vxori Antonij Muſſij habitanti propè Sanctum Bartholomæum *de Stageno*, Confredus nempè, ibi == *E per Mamma gli trouò quell' iſteſſa, che haueua alleuato Eugenia mia Figlia, che è Maria Moglie del quondam Antonio Muſſo, che al preſente viue à San Bartolomeo di Stageno*, == *Summario Numero* 10. *littera X.*, & concordant tùm Epiſtola originalis eiuſdem Mariæ nuper reperta inter Scripturas Marchionis *Summario Numerò* 43., tùm etiàm de auditu ab eadem Nutrice Domina Maria Catharina Variſia *Summario Numero* 18. *littera A.*, nec non Magdalena, & Maria iſtius Neptes *Summario Numero* 42. *littera A. & D.*; Teſtes verò examinati de anno 1664. æquè deponunt Nicolao Mariæ fuiſſe datam Nutricem habitantem ad Sanctum Bartholomæum *de Stageno*; Villa nempè, ibi == *Detto Nicolò Maria fù dato ad alleuare, che fù à San Bartolomeo di Stageno*, == *Summario Numero* 6. *littera E.*, Columbus, ibi == *Quale Magnifico Carlo diedelo à Mamma in Biſagno*, == *dicto Numero* 6. *littera L.*, Et Spinetta, ibi == *Quale Magnifico Carlo lo diede à Mamma in Biſagno di Stageno*, == *dicto Numero* 6. *littera P.*; Vndè quemadmodum iſti poſteriores Teſtes debuerunt intelligere de illa Nutrice *habitante in Stageno*, quæ erat Vxor Antonij Muſſi, prout depoſuerant anteriores Teſtes, ità en ex alia circumſtantia concluſum, quod reſpectu Matris debuerunt etiam intelligere de vnica Antonia Calcia; non attento, quod plures potuerint eſſe Nutrices in eodem loco; non enim præſumibile eſt, quod in dicto loco paucis domibus conſtituto, plures reperiri poſſent eodem tempore Nutri-

trices, quæ identifico nomine Mariæ in Maritum haberent Virum nomine Antonium Muſſium, quæuè contextualiter lactarent Nicolaum Mariam, ideoque obiecta pluralitas cum tot, tantisque qualitatibus concludenter probanda eſt, quemadmodum animaduertunt *Eſcobar. de Nobilitat. parte prima quaſt.16. §.3. numer. 21.*, *Cyriac. contr.192. num.26.*, *Rot. coràm Caualer. deciſ. 128. num.3.*, *in Recent. parte 4. tomo 3. deciſ.614. num.29.*, *& parte 6. deciſ.263. num.9.*

88 Quinta deſcendit ex ſimili concordantia Obſtetricis, nam Confredus indiuiduans cognomen Matris, inquit Antoniam in puerperio vſam fuiſſe Obſtetrice nomine *Cecilia*, ibi == *Mia Moglie gli diſſe, che per bona Donna ſi ſeruiſſe di Madonna Cecilia, che era noſtra di Caſa, come ſi ſeruì*, == *Summario Numero* 10. *littera V.*, Villa verò cognomen reticens de ipſamet Obſtetrice deponit, ibi == *Fù leuato dalla bona Donna, che ſi chiama Cecilia*, == *Summario Numero 6. littera D.*; Ergò vel ſupponendum eſt, quod dicta Obſtetrix in partu duas Mulieres Viduas habentes nomen Antoniæ, contextualiter adiuuauerit, quod præſumi non poteſt, vel veriùs nobiſcum fatendum eſt, quod etiam prima depoſitio dictorum trium Teſtium debet de Antonia Calcia dubio procul intelligi.

89 Sexta deſumitur ex depoſitione dicti Hieronymi Villæ alterius ex Teſtibus reticentibus cognomen Matris, qui enunciando Parentes Spirituales in Baptiſmate Nicolai Mariæ, ità inquit == *Furono Padrini il Signor Stefano Pallauicini fratello del detto Magnifico Carlo, e la Reuerenda Suor Giouanna Maria ſorella di detto Magnifico Carlo*, == *Summario Numero 6. litt. F.*; Cum autem dicta Soror Ioanna Maria ſemper, quouſque vixit, recognouerit in Sororem Vterinam dicti Nicolai Mariæ Paulam Mariam vnicam filiam Antoniæ Calciæ *Summario Numero 38. cum tribus ſequent.*, ſemper magis fit euidens ſæpèdictam depoſitionem dictorum Teſtium non ſecùs, quam ad ipſam Antoniam Calciam fore referendam.

90 Et tandem reſultat Septima ex eo, quod tam dicti priores Teſtes deponentes ſimpliciter de Antonia Vidua, quàm alij ſucceſſiuè examinati illius cognomen indiuiduantes, non modò ſunt concordes in tempore, & Viduitate Mulieris, ſed etiam concordant in eo, quod viderint familiarem amicitiam inter Carolum, & Antoniam, frequentes acceſſus Antoniæ ad domum Caroli, & Caroli ad domum Antoniæ, & ſciuerint prægnantiam eiuſdem Viduæ, vt de dictis tribus Teſtibus examinatis anno 1664. liquet ex *Summario Numero 6. litteris B. C. K.*, *& N.*, & de alijs *Summario Numero 10. litteris K. S.*, *& T.*, *& Numero 17. littera B.*; Data autem concordantia huiuſmodi conſequentia eſt certa, quod vni Teſtes ſicut alij, de ſola Antonia Calcia intellexerint, cùm nemo ſibi ſuadere valeat, quod Carolus eodem tempore carnalem praxim habuerit cum duabus Mulieribus Viduis, ipſummet Antoniæ no-

men hab entibus, illaſque etiam contextualiter prægnantes reddiderit, & proindè concludendum eſt, quod identitas Perſonæ Matris ex tot tantiſque circumſtantijs maneat ſuperlatiuè probata, cum de cætero ad illam iuſtificandam, etiam geminæ coniecturæ ſufficiant *Menoch. conſ.* 202. *num.* 102., *& conſ.* 714. *num.* 19., *&* 20., *& de Præſumpt. libro 6. præſumpt.*15. *num.*45., *Eſcobar. de Nobilitat. parte prima quæſt.*16. §.3. *num.*2., *& ſub num.*6., *Rota coràm Pamphil. deciſ.* 317. *numer.*5., *in Recent. parte* 14. *deciſ.* 520. *num.*19.

91 Neque hæc palpabilis veritas modo aliquo obumbrari poteſt ex deductis per D. Subſtitutum Commiſſarium in eius tertia Informatione Facti. Non enim ſubſiſtit, quod dicti tres priores Teſtes loquantur de Antonia Nobili, & conſequentèr illorum depoſitio non valeat intelligi de Antonia Calcia, nàm illi de hac nobilitate nec verbum faciunt, vt *in Summ. Num.6. per tot.* Et quamquàm *Cardinalis de Luca* Scribens ſuper donatione facta Nicolao Mariæ per Carolum Patrem *in diſcurſ.*62. *de Donat. in Supplem.*, illam enunciet Viduam honeſtam, & natales nobiles habentem, in hac tamen parte replicamus, quod idem Author ſcripſit non ſuper Teſtibus examinatis anno 1664.; ſed ſuper alijs per Marchionem inductis de anno 1675. quorum alter, videlicèt Gonfredus, de hac nobilitate verbum facit, quemadmodùm ſuperiùs oſtenſum fuit *in* §. 33.; Vndè quidquid Author de hac nobilitate enunciauit, non ſecus quàm ad tramites depoſitionis d. Teſtis intelligendum eſt, iuxtà *Surd. conſ.*9. *num.*5., *Coſt. Sicul. conſ.*70. *num.*30., *Cyriac. contr.*58. *num.*17., *Gratian. diſcept. forenſ.* 689. *num.*28., *Ludouic. deciſ. Peruſ.* 8. *num.*21., *Monach. deciſ. Florent.* 49. *num.* 10., *& deciſ. Bonon.* 40. *num.*4.

92 Cùm ergò idem Teſtis in ſuo examine de auditu à Carolo deponat, quod Antonia Calcia *è perſona bonorata, e da bene, per quanto ſia pouera Vedoua, e però di buona naſcita, eſſendo figlia ai Perſone buone, perche ſua Madre era Boggiana di Caſa NOBILE, e di Padre Lagorìa, che era ancor Perſona bonorata*, *Summ. Num.*10. *lit. BB.*, en clarum; quod nobilitas enunciata *per Card. de Luc.* intelligitur ex patre Matris, & non diſiuncta à paupertate per eumdem Teſtem relata, id quod clariſſimè præſetulit idem Author in alio ſcripto per eum edito in ipſa cauſa donationis, & inter ſcripturas Marchionis reperto, *Summ. Num.*28., ibi = *Quoniam iſte filius ſuſceptus non eſt ex vili Ancilla, iuxtà frequentiorem contingentiam, ſed ex Vidua vel nobili, vel nimium ciuili, & honeſta*; Cum enim ex hoc modo loquendi eam ſignificauerit non abſolutè nobilem, ſed nimium ciuilem, ſignum euidens eſt, quod hæc ciuilitas fuit per ipſum deſumpta ex bona conditione Matris, quæ tamquàm orta in Domo Boggiana verè nobilis erat, quæue iuncta honeſtati conditionis Viri, familiam nimium ciuilem, quantumuis paupertate oppreſſam conſtituebat, Non releuante, quod plures eſſe poſſint familiæ in

Vrbe

Vrbe illa, quæ hoc cognomine nuncupentur, & tamen non omnes deſcendant à familia Boggiana nobili, quia alter ex Teſtibus, à quibus *de Luca* ſuam enunciatiuam deſumpſit, aſſerit Antoniam Calciam habuiſſe Matrem *de Domo Boggiana Nobili*, vndè Domini Camerales, qui in hac parte contendunt Teſtem de mendacio redarguere, tenentur illius natiuitatem à Fœmina Boggiana non nobili concludentèr oſtendere, ex deductis per *Altograd. cor* ".74. *num.*10. *lib.*1., *Gratian.diſcept.*766.*num.*16., *& diſcept.*793. *nu.*9., *Neuizzan. conſil.*94. *num.*18., *Rota coram Coccin. deciſ.*1812.*nu.*13., *coram Arguell. deciſ.*14.*num* 33., *& in Romana*, *ſeu Bononien Pecuniaria* 17. *Februarij* 1713. §. *Abſque coram R.P.D. Falconerio*.

93 Atque ex his ceſſat argumentum, quod dicti Teſtes anni 1664. non potuerint intelligere de noſtra Antonia, ex quo hæc in primis nuptijs coniuncta fuerit Ioanni Antonio Calcio Scribæ Triremium, & in ſecundis Riccardo de Voilin addicto famulatui Ioannis Lucæ Chiauari, ac poſt ſecundam viduitatem ex depoſitione Gonfredi pannos lineos ſarciret, ex quibus omnibus illius nobilitas excludebatur. Vltrà quod enim officium Scribæ Triremium conferri non ſolet niſi honeſtiſſimis Perſonis, proùt ſignantèr practicabatur de tempore, quo illud exercuit Calcius, vt ex documento, de quo *in Sum.Nu.*53. Vltrà quod pariter famulatus ſecundi Viri non fuit addictus feruitio *di Chiauaro*, proùt audiuimus oppoſitum in præteritis contradictorijs, ſed in qualitate Viri litterarij prçſtitus erat in Domo nobilis Ioannis Lucæ Chiauari, qui erat alter ex Magnatibus illius Patriæ; hoc etiam denotante perſona eiuſdem ſecundi Viri, qui antequàm adiret Ianuam incubuerat ſtudijs, tùm in Ciuitate Antuerpiæ, *Summario Num.*25. *lit.C.*, tùm etiam in Alma Vrbe, iuxtà Teſtes adductos per Cameram *in Summario tertiæ Facti Num.*9.; Et vltrà quod demùm *il fare lauori bianchi*, proùt de tempore Viduitatis Calciæ deponit Gonfredus, non eſt pannos lineos ſarcire, ſeu vt dicitur, *rappezzare*, quemadmodum ad contemnendam conditionem iſtius Mulieris ſupra ipſam opportunitatem præſupponunt Domini contrarij Defenſores, ſed rei veritate inſpecta intelligitur de honeſto mercimonio rei lineæ, quod ipſa Mulier in Ciuitate Ianuæ gerebat, vt pandit publicum Inſtrumentum, de quo *in Summ.Num.*19., & æquè probat computum aſcendens ad libras 4157. illius monetæ, & repertum in Domo Marchionis, *dicto Summ. Num.*31., difficultas in vniuerſum tollitur ponderando, quod idem Gonfredus Teſtis vnicus verbum faciens de nobilitate, non loquitur de nobilitate diſiuncta ab anguſtijs domus, ibi, *e per quanto ſia pouera Vedoua, è però di buona naſcita*, vndè nil refert, quod ad ſibi faciliùs parandum victum opus aliquod in rebus lineis perageret, cum iura ſanguinis non amittantur ex paupertate, nec quis deſinat eſſe nobilis, quantumuis rei domeſticæ anguſtia aliquantulum prematur, *Tiraquell. de Nobilitat. cap.*35. *num.*5., *Anſald. conſil.*138. *num.*338.,

Amaya

Digitized by Google

Amaya in Cod. lib.10. tit.57. num.82., & ſeq., Vrceol. de tranſact. quæſt.55. num.46., Noal. de tranſmiſſ. caſ.29. à num.25., Rota cor. Caualer. deciſ.6. num.8., in Recent. par.9. deciſ.6. num.6., & par.13. deciſ.213. num.10.

94 Magiſq; ceſſat aliud argumentum, quod ſi dicti tres Teſtes anni 1664. verè intellexiſſent de Antonia Calcia, non debuiſſent probabilitèr occultare illius cognomen ex cauſa, vt ipſi aſſerunt, honeſtatis, vel quia, vt ait Confredus, erat notorium inter Vicinos illius carnale commercium cum Carolo, vel quia dicta Antonia non erat nobilis, vel quia iam erat mortua, vel quia demum Teſtes pro adſcriptione ad nobilitatem remaneant occulti. Cauſa enim non denigrandi honeſtatem iſtius familiæ, præ oculis ſemper habita per Carolum, qui eoſdem Teſtes induxit, & reexaminari fecit, nullatenùs ex his omnibus ceſſabat, quia eſto millies, quod commercium carnale fuiſſet notorium apud Vicinos, non indè tamen congruum erat, quod illud perpetuis futuris temporibus cuicumque de Patria exponeretur, examinando Teſtes, qui per acta publici Notarij de illo expreſſis vndequaque nominibus, deponerent. Quod verò Antonia non eſſet nobilis eo modo, quo DD. Camerales vellent conditionem Matris Marchionis extollere, non facit, quod illa non eſſet ex Patre ciuili, & Matre nobili, quodque proindè in obſequium honeſtatis non deberet illius cognomen reticeri. Illius verò obitus præcedenter ſequutus, nec tollit motiuum ipſius honeſtatis, quia ſupererant illius filia, Gener, & Conſanguinei, quorum decori non decebat præiudicium inferre; Quodque poſtremò depoſitiones in hiſce aggregationibus receptæ non pandantur, nullam habet ſubſiſtentiam, quia ſolent priùs fieri in actis publici Notarij, & dein illorum copia in Collegijs exhibetur, & vtrobique illi, & illa in perpetuum taliter aſſeruantur, vt cuilibet datum ſit illas ſemper ad omne placitum perluſtrare.

95 Ecce igitur, quod ſi tres Teſtes formiter examinati de anno 1664. maternitatem Marchionis Nicolai Mariæ referunt identificè ad perſonam Antoniæ Calciæ, ſi alij duo Teſtes inducti per ipſum Marchionem de anno 1675. expreſsè deponunt illum ab ipſa Antonia fuiſſe progenitum, ſi in hac maternitate litteraliter etiam concordat Nicolaus Girattus nuperrimè inductus, *Summ. Num.17.*, vtique filiatio Marchionis reſpectu eiuſdem Antoniæ Calciæ, nulla poteſt tergiuerſatione celari, cùm in hoc habeamus ſex Teſtes concordes, qui illius probationem ſuperlatiuam reddunt, vt latè firmatum eſt in ſuperioribus locis; addita præſertim depoſitione etiam Phyſici Auguſtini Peri, & D. Mariæ Catharinæ Variſiæ, *Summ. Num.15., & 18.*, qui licèt deponant de auditu, nihilominùs ad probandam filiationem æquè admittuntur, *Ruin. conſ.51. num.18. volum.5., Maſcard. de probat. concluſ.797. num.19., Eſcobar. de Nobilitat. part. prima quæſt.9. §. 4. num.5., Caſſad. deciſ.3. de probat., Rota*

coram

*coram Coccin. deciſ.*1644. *num.*8., *& coram Cerro deciſ.*715. *num. primo*.

96 Nec releuat exceptio, quæ omnibus dictis Teſtibus in vniuerſum obijcitur, quod nempè in ſubiecta materia ad probandum inepti ſint, eo quod agendo de filiatione ex parte Matris, quæ ſemper eſt certa, requirantur Teſtes, qui fuerint præſentes partui. Omiſſo enim, quod in caſu noſtro nec deficit Paula Maria, quæ præcisè deponit vidiſſe Marchionem naſci, *Summ.Num.*10. *lit.I.*, ibi = *Sò le predette coſe, per hauer viſto naſcere detto Signor Nicolò Maria* = conſtantiſſimè dicimus propoſitionem illam, quod pro tali adſtruenda probatione requirantur Teſtes, qui fuerint præſentes, eſſe ità nouam, vt nemo hactenus illam firmare attentauerit. Quamquàm enim ad differentiam filiationis ex parte Patris, filiatio ex Matre concludi poſſit per probationem directam, ſeu, vt noſtri dicunt neceſſariam, quæ regulariter deſumi ſolet ex Obſtetricibus, & alijs Perſonis, quæ Partui præſentes fuerint, hoc tamen genus probationis non eſt taxatiuum, ità vt illa aliundè deſumi haud poſſit, ſed communitèr Doctores firmant maternitatem indiſtinctè concludi etiam ex alijs quibuſcumque Teſtibus, qui reddant ſufficientem cauſam ſcientiæ, immo etiam ex præſumptionibus, & coniecturis, vt ex litterali *tex.in c. afferte mibi, de præſumpt.*, latè firmant *Auguſtin. Bero. quæſt. familiar.* 90. *à num. primo*, *& pluribus ſeqq.*, vbi articulum magiſtraliter, & per principia examinat, *& ſub num.*4. inquit contrariam opinionem eſſe nouam doctrinam, *Gigant. conſ.*37.*nu.*25. *& ſeq.*, vbi quod probatio per Teſtes, qui viderint Puerum exeuntem de ventre Matris eſſet indubitata ſi haberi poſſet, ſed ſi haberi nequiret, poſſet fieri per Conſanguineos, & alios Teſtes, *Grat. reſponſ.*62. *lib.*2., qui licèt contrà filiationem conſulat ex quo Teſtes, & coniecturæ non concluderent, admittit tamen ex illis probationem obtineri poſſe, *Maſcard. de probat. concluſ.*737. *num.*7., *& ſeq.*, vbi in fine hanc concluſionem pro indubitata admittit *Lup. de illegitim. comment.*2. §. 3. *num.*5., *Villalob. in verb. filiatio ex parte Matris fol. mihi* 78. *comm. opinion. diuerſ. tom. primo*, *Caualcan. deciſ.*10. *num.*44., *& ſeq. par.*3., optimè *Scopp. ad Merlin. Pignattell. centur.*2. *cap.*84. *num.*14., *& ſeq.*, *& cap.*85. *num.*84., *Eſcobar. de Nobilitat. part. prima quæſt.*16. §. 4. *num.*35., *& ſeq.*, *Rota Bononien. diuerſ. deciſ.*30. *num.*31. *verſ. & quod*, vbi fuerunt admiſſi quicumque Teſtes, *Rota Ianuen. penès Balducc. rer. indicat. tit. de legat. deciſ.*9. *num.*10., *& Rota noſtra poſt Rodriguez de Priuileg. Credit. deciſ.*35. *num.*14., *& ſeq.*, *& coram Cerro deciſ.*715. *num.*10., *& ſeq.*, *& poſt Franc. de proteſtat. deciſ.*15. *num.*37., *& ſeq.*, vbi pariter de admiſſione aliorum Teſtium, *& in Rec. par.*13. *deciſ.*475. *num.*11., *& in Romana Hæreditatis de Lanuuijs* 4. *Maij* 1693. §. *Nec ſubſiſtit*, *verſ. tamen reſpectu Matris coram bon. mem. Muto*.

97 Nec

97 Nec contrarium firmant Authoritates in aduerſantibus informationibus adductæ, in illa ſcilicèt D. Aduocati Fiſcalis §. 3., *&* 19., in alia D. Aſceuolini §. *Quæ porrò*, & in ſecunda D. Fidi §. *Si autem*. Plures namque illarum in noſtris Codicibus ad hanc quæſtionem non deſcendunt, proùt ſunt *Capon. controu. forenſ. 6.*, *Aſin. in prax. part.2. §. 1. cap.4.*, *Boſſ. de part. ſuppoſit. num.8.*, *Neguerol. allegat.25. num.20.*, *&* *Rota coram Put. deciſ.506. par.2.*

Alij dicunt tantummodò, quod probatio directa, ſeu neceſſaria filiationis fieri poteſt ex parte Matris, ſed non firmant, quod hæc, & non alia probatio admitti valeat, & in hac Sede ponendi ſunt omnes DD. *in cap. per tuas de probat.*, & in alio *cap. per tuas qui fil. ſint legitim.*, *Bald. in l. prima num.34. C. de ijs, qui accuſ. poſſ.*, *Salicet. in l. quoties ff. de probat.*, *Surd. conſil.1. num.40.*, *&* *ſeq.*, *Gratian. diſcept.653. num. 80.*, *Merlin. Pignattell. cent.2. cap.84. num.1.*, *Menoch. de arbitr. lib.2. cent.1. cap.89. num.3.*, *Prat. diſcept.40. num.6.*, *Capyc. deciſ.166. num.26.*, *&* *ſeq.*, *Bay. deciſ.92. num. primo*, *Rota coram Buratt. deciſ. 725. num. 2.*, *&* *ibi Add. num. 16.*

Et ferè in eodem ſenſu loquuntur *Grot. de Iur. bell.*, *&* *pac. lib.2. cap.7. §. 8.*, *Cuiac. lib.4. ad edict. Paul.*, *&* *Aſin. in prax. par.2. cap.164. num.8.*, quia dicunt quidem Matrem eſſe certam, ex quo inueniri poſsint, qui fuerint præſentes partui, & ab iſtis directam, ſeu neceſſariam probationem deſumi poſse, ſed non negant, quod eadem probatio valeat pariter aliundè haberi.

Petr. de fideic. quæſt.11. num.251., *&* *ſeq.*, promouet quæſtionem, an filiatio ex parte Matris valeat probari ex coniecturis, ſed illam non reſoluit.

Pax Iordan. elucubrat. tom.3. lib.14. tit.17. num.238., potiùs fauet huic Parti, dum dicit probationem fieri poſse non modò per Obſtetrices, ſed etiam per alias Perſonas.

Maſcard. de probat. concluſ.787., *&* *Scopp. ad Merlin. Pignattell. centur.2. cap.85.*, expreſsè firmant contrarium, vt reſpectu primi videre eſt *ſub num.8. in fin.*, & quoad alterum *ſub num.84.*

Dulph. controu.149. num.14., dicit ſolùm non conſtare in ſuo caſu de filiatione, quia nullum inditium afferebatur de certa Matre.

Aſtolin. reſolut.30. ſub num.20., inquit filiationem ex parte Matris probari poſse per Teſtes, qui viderint Mulierem prægnantem; ergò non ſolùm non excludit aliam probationèm, ſed videtur etiam concludere non eſse neceſsariam probationem per Teſtes præſentes partui.

Decian. conſil.40. lib.5., excludit præſumptiones, & coniecturas, velutì irreleuantes, ſed non impugnat veritatem noſtræ concluſionis.

Valenzuel. conſil.169., agit caſum de prætenſa filiatione ex parte Matris, quæ per Matrem ipſam iureiurando negabatur, vndè meritò ſub-

ſubdit, quod ad illam concludendam exigebantur maiores probationes.

Rota in Romana Filiationis 21. *Nouembris* 1710. §. *fin. coram R.P.D. Aldourando*, nil facit ad caſum, quia nil vltrà dicit, quam quod, vt quis valeat ſuam filiationem concludere, probatio neceſsaria eſt etiam reſpectu Matris.

Vnicus autem *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius part.3. verb. quæ filiam ex eo ſuſcipiens num.*15. *de Teſtam.*, attentauit dicere, quod probatio filiationis in Matre requiritur certa, nec ſufficit per coniecturas, ſed illius opinio tamquam noua, & cerebrina expreſsè reprobatur per *Bero. dicta quæſt. familiar.* 90. *ſub num.*40., *Maſcard. de probat. dicta concluſ.* 787.*num.*7., *& ſeq.*, *Lup. de illegitim. comment.*2. §. 3. *num.*5., *Scopp. ad Merlin. Pignatell.cent.*2.*cap.*84. *num.*14. *in fin.*, *& cap.*85. *ſub num.*84.

98 Nec mirùm eſt quod Author iſte fuerit vnicus in hac opinione, quoniam illa neque in linea rationis ſuſtineri poteſt. Species enim probationis variæ ſunt, & inter illas æquè connumeratur altera, quæ inditijs, coniecturis, & præſumptionibus fieri ſolet, quæue ex iuribus noſtris indiſtinctè dicitur probatio vera. Cum autem non rarò contingere poſſit, quod Obſtetrices, & aliæ Perſonæ præſentes Partui mortuæ ſint, iniquum profectò foret, vt iuxtà ſenſum dicti vnici Authoris filiatio ex parte Matris non valeret alijs argumentis concludi, & ſic vel filius, vel eius hæres à ſucceſſionibus excluderentur; Eſſet enim abſurdum contrà elementaria principia iuris, iuxtà quod probatio, quæ aliàs fieri valet per Teſtes, non excludit, quod data illorum deficientia poſſit per aliàs probationum ſpecies à legibus aſſignatas expleri, vt magiſtralitèr ſubdit, *Bero dicta quæſt. familiar.*90. *num.*5., *&* 6., ibi = *Poteſt ad hæc contingere filiationem, ex latere Matris verè probari non poſſe, vt quia Obſtetrices mortuæ eſſent, aut alitèr vera probationes deficerent, iniquum profectò eſſet, quod alijs argumentis, iuriſque præſumptionibus, probari non valeret, & hoc modo filius, vel filia materna ſucceſſione fraudarentur; nam cum varia ſint ſpecies probationis, vt ſuprà dixi, inter quas illa, quæ fit per iuris præſumptiones connumeratur, quamuis quid verè per Teſtes probari poſſit, non tamèn aliæ iuris probationes excluduntur, quoniam is qui verè probare poteſt, non excluditur, quin etiam per ſolas iuris præſumptiones probet, cum Iudex ad vnam probationis ſpeciem neminem arctare debeat*; atque eiſdem ferè verbis admonet *Scopp. ad Merlin. Pignatell. cent.*2. *cap.*84.*n.*14., *& ſeq.*, *& cap.*85. *num.* 84.

99 Minùs obſtant aliæ exceptiones, quæ ſingularitèr objiciuntur duobus Teſtibus examinatis de anno 1675. Nil enim facit, quod ij non fuerint formitèr repetiti, quia cum à multo tempore obierint, abſque eo quod eorum iuratam depoſitionem modo aliquo impugnauerint, in his terminis haberi debent, ac ſi in formali examine repetiti eſſent,

ſent, iuxtà *Maſcard. de probat. concluſ.33.num.12., & ſeq., & concluſ.149. num.23., Rota coram Rembold. deciſ 351 num.10. Rota in Recentior. par.18. deciſ.133. num.18., & dec. 538. nu.14.; par.19. deciſ.163. num.14.*

100 Quod verò illorum neuter deponant de prægnantia Antoniæ, vel non ſubſiſtit, vel non releuat. Non ſubſiſtit, quia Paula Maria deponit vidiſſe Marchionem ex illius ventre exeuntem, ibi = *sò le predette coſe per hauer viſto naſcere detto Signor Nicolò Maria, Summario Num. 10. litt.I.* Confredus verò reddendo cauſam ſcientiæ ex quo nempè habitando propè domum eiuſdem Antoniæ omnia videbat, ſubdit = *Et in quel tempo ſi ſapeua anche da tutti della noſtra caſa, e dalli Seruitori di detto Signor Carlo, e particolarmente da Geronimo Villa ſuo Scritturale, che detto Signor Carlo haueua prattica carnale con detta Vedoua, e che di eſſo perciò era rimaſta grauida, Summario dicto Num. 10. litt.S., & T.*; Non autem releuat, quia probatio per Teſtes, qui viderint prægnantem ventrem non eſt ità neceſſaria, vt per aliàs ſpecies probationis fieri non poſſit, proùt vidimus in *§.96. cum duobus ſeq.*

101 Suſpicio machinationis, quam ex fomento epiſtolarum Spinulæ, & Pallauicini, conantur DD. exaduerſo Scribentes eiſdem Teſtibus impingere, nullam habet ſubſiſtentiam, ſi illarum tenor genuinè percurratur. Ipſo enim tempore, quo dicti Nobiles curabant inuenire Teſtes indiuiduantes cognomen Matris, ad effectum obtinendi aggregationem ad Nobilitatem, Princeps Nicolaus frater legitimus Marchionis iam reaſſumpſerat litem ſuper donatione, quam ſatagebar irritam reddere, ſub obtentu, quod idem Marchio eſſet filius adulterinus, vndè in recipiendis Teſtibus curandum erat, quod illi non modò deponerent de cognomine Antoniæ, quæ ex carnali commercio cum Carolo Nicolaum Mariam progenuerat, ſed etiam de illius viduitate, de qua depoſuerant Teſtes examinati de anno 1664. illius cognomen reticentes, vt ſignantèr legitur in Epiſtola eiuſdem Spinulę, ibi = *e ſi ſpera, che ſenz'altro haueremo le proue del Padre, e della Madre, e de Mariti, e che era publica voce, e fama, che era Vedoua, e per tale trattata communemente da tutti &c. con queſto ſi ſtima ſenz'altro reſtarà leuata di mezzo l'oppoſitione, mà molto più la conſeguenza, che poſſa eſſere, dall'eſſer nato da Donna libera, o Maritata, che è quello, che dubito ſi vada à caccia per chiarire per altro fine del ponto dell'aſcrittione, & in queſto ſi andarà con ogni circoſpettione, per non inciampare in quello, che forſi ſi cerca di mettere in diſputa, Summ. Num. 9. litt.E.*

102 Ab hac veritate facti ità per eoſdem Nobiles propalata, clarè conſtat, quod ſcrupuloſitates in dictis Epiſtolis per ipſos enunciatæ, quas adeò magnificant DD. Camerales, nil vltra ſignificant, niſi difficultates occurſas, vel penès Syndicos, & Nobiles Collegiorum, vel in inueniendis Teſtibus, qui de hiſce omnibus, excluſiuè quoad

præ-

prætenſam ſpurietatem concordi voto deponerent. Si enim Spinula ſcripſit -- *mi viddi col Signor Simone, e veramente per quanto haueſſimo più perſone in nota, che facilmente poteſſero eſſere informate, non ſi ritrouaua coſa à noſtra ſodisfattione*, hocq; ideò euenit, quia in pluralitate Perſonarum non haberent alios, qui de viduitate Antoniæ claris verbis atteſtarentur. Si poſtea idem Spinula ſubdit fuiſſe requiſitam nobilem Mulierem Franciſcam Bacciadonnam, vt ſe examini ſubijceret, eamque dubietatibus, & ſcrupulis plenam inueniſſe, hoc debuit cauſam trahere à deficientia informationum in ipſa Muliere, vt poſſet non modò de filiatione ex parte vtriuſque Genitoris, ſed etiam de toties dicta viduitate Matris teſtimonium perhibere, atque hanc veritatem clariſſimè præſeferunt ſequentia verba eiuſdem Epiſtolæ, nam timentes Spinula, & Pallauicinus, quod eius examen ex deficientia plenariæ informationis ponere valeret in diſcrimen probationes iam factas ſub anno 1664. eamdem viduitatem pleniſſimè concludentes, præfatum examen omiſerunt, ibi -- *il che ſentito, per eſſer molto mia Signora intrapreſi di andarle à parlare io, e ancorche la ritrouaſſi piena di buona volontà, niente di meno per hauerci il Signor Maſcardi auuertiti, che queſte proue non faceſſero pregiudizio alle prime reſtammo aſſai ſoſpeſi, Summario dicto Num.9. ſub litt.B.* Et denique ſi Simon Pallauicinus in alia Epiſtola enunciauit adeſſe ſcrupuloſitates, hoc vnicè explicauit ad indicandam ſcrupuloſitatem Nobilium, & Syndicorum ob deficientiam cognominis Matris, ibi -- *Toccante la ſua aſcrittione hauerà ſentito quello, che ſcriſſi con la mia dell'ordinario paſſato, e perche vedo, che vi ſono delle ſcrupuloſità, non laſcio di vſare ogni diligenza per trouar Teſtimonij, che depongbino il tutto con chiarezza, Summario Num.8. lit.C.* prout re vera de hac ſcrupoloſitate reperta penès Ducē ſignificauerat in dicta præcedenti Epiſtola, ibi -- *mi hà di poi motiuato* (nempè idem Sereniſſimus) *per ſapere regolare il ſuo Voto, ſe le proue corrono, e ſe li Teſtimonij depongono della Madre di V.S., e del Nome, e Cognome, perche queſto potrà dare faſtidio, al che hò riſpoſto, che non depongono ſolamente del nome, Summ. Num.8. litt.B.*

103 Non eſt ergò verùm, quod ſi receptum fuiſſet examen, ſiuè eiuſdem D. Bacciadonnæ, ſiuè aliorum Teſtium, quos dicti Spinula, & Pallauicinus exiſtere dixerant, maternitas Antoniæ Calciæ manſiſſet excluſa, proùt DD. Camerales ſubiungunt; Nam eo ipſo, quod dicti Spinula, & Pallauicinus inquiunt potuiſſe illos examini ſubijcere, manifeſtum eſt, quod non aliàs deponere poterant, quam de Cognomine illius Antoniæ, quàm ipſi curabant identificare, quodque catenùs illos omiſerunt, quatenùs ità clarè non poſſent circumſtantiam viduitatis explicare. Præter quam quod, ſi adfuiſſent iſti Teſtes, qui potuiſſent Maternitatem excludere, & Marchionem ad ſenſum Partis inter Spurios, & vulgo quæſitos reponere, quis ſibi ſuadere poſſet, quod Princeps Nicolaus, qui omnem curam impendidit pro

irri-

irritanda ex hoc capite donatione ; quiuè adcò Nicolaum Mariam inuiſebat , vt neque omiſerit iura eiuſdem donationis transferre in locum Pium , cum ea lege , vt ex pecunijs contextualitèr ab eo traditis eamdem litem ſuper illius nullitate proſequeretur , *Summario Num.*54. noluiſſet eoſdem Teſtes examinari facere , & eorum medio prauam Marchionis natiuitatem in aperto ponere ?

104 Et hinc nec ſubſiſtit , quod hiſce difficultatibus in inueniendo Teſtes de omnibus circumſtantijs informatos , obſtet notorietas facti , de qua iuxtà aſſertionem DD. exaduerſo Scribentium deponunt Paula Maria , & Aduocatus Confredus . Vltra quod enim poterat pluribus eſſe notorium factum copulæ carnalis, & ſucceſſiuæ prægnantiæ,quin notitiam haberent an eo tempore Antonia eſſet Vidua , nec ne , difficultas præterea ceſſat ex ipſo facto , nam Paula Maria in ſuo examine nec verbum facit de aſſerta notorietate , *Summ.Num.*10. *litt.G. vſque ad H.* Confredus verò , dicit equidem omnia fuiſſe notoria , ſed tamen de tempore partus Nicolai Mariæ , *Summario Num.*10.*antè litt.Q.* , ibi -- *ET IN QVEL TEMPO di quanto ſopra era publico , e notorio , e particolarmente nel Vicinato , doue habitauo io con la mia famiglia , e detta Antonia* , & ruſus ſub *litt S.* ibi -- *ED IN QVEL TEMPO ſi ſapeua anche da tutti della noſtra caſa , e dalli Seruitori di detto Signor Carlo , e particolarmente da Girolamo Villa ſuo Scritturale* ; Vndè à notorietate de tempore ipſius partus ſequuti anno 1650. ante peſtem non poteſt inferri ad ſimilem notorietatem de anno 1675. poſt peſtem,quo ſcriptæ fuerunt dictæ Epiſtolæ , quoue ipſe Teſtis examen ſubiuit , *Paitell. annot.* 28. *num* 4. , *&* 5. , *Cirocc. diſcept.*56. *num.*7. , *Paulut. diſſert. legal* 23. *articul*.3.*num.* 50. , *Rota coràm Gregor.deciſ.*533. *num.*7. , *& in Romana Aſſociationis* 23. *Ianuarij* 1704. §. *Tum quia cer. R.P.D. Lancetta* .

105 Nec dicatur , quod faciliùs de dicto anno 1675. potuiſſet examinari Obſtetrix , quam Hieronymus Villa viuentem dicit in eius examine , & Nutrix , quàm paritèr viuentem ſuppoſuit ipſe Gonfredus ; Villa enim , vt ſæpiùs dictum eſt examinatus fuit de anno 1664. *Summario num.6. in princip.* Vndè illius aſſertio non probat , quod dicta Obſtetrix adhùc viueret in anno 1675. Nutrix verò , & ſi adhùc in humanis agens , nil tamen poterat ad intentum deponere , nàm ipſa præter ſcientiam tractatuum Caroli , & Antoniæ ergà Puerum , nil ampliùs valebat ſcire, cum tàm ante, quàm de tempore natiuitatis,& ex poſt, ſemper habitauerit in loco Staggeni, qui diſtat à Ciuitate per aliqua milliaria, vt omnibus notum eſt ; Et de cætero ſi DD.exaduersò ſcribentes ſubſtinent , quod ad probandam filiationem requiruntur Teſtes , qui fuerint præſentes partui , vtique pro euitando incurſu contrarietatis debent etiam affirmare illius depoſitionem fore totalitèr inefficacem , veluti hæc Mulier eidem partui præſentiam non præſtitit .

106 Minuſque dicatur , quod eodem anno 1675. potuiſſent paritèr ſuper co-

cognominis ſpecificatione reexaminari illi tres Teſtes, qui fuerant examinati de anno 1664. vt audiuimus ab ore D. Fidi in vltima informatione; Quandoquidèm illorum alter, nempè Hieronymus Villa, iàm de eo tempore defunctus erat, vt deponunt Teſtes examinati de Menſe Ianuarij eiuſdem anni 1675. *Summario num.* 56. *litt. B. & F.* & meliùs probatur ex fide mortis *Summario num.* 58. Reſpectu verò aliorum quis reuelauit dicto Domino Defenſori, quod illi eo tùnc adhùc eſſent viuentes, & reperirentur actu in Ciuitate Ianuæ? Hoc enim nullo modo probatum remanet, quinimmò de illis poſt dictum examen nulla ampliùs habetur notitia, vndè illorum ſuperuiuentia concludentèr probanda eſt, cum nec iuuet præſumptio illa, quod quis poſſit viuere vſque ad centum annos, iuxtà tradita per *Alciat. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 44., *Corn. conſ.* 119. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 2., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 78. *num.* 3., *& ſeqq.*, *Manſ. conſultat.* 342. *num.* 14., *Torr. variar. quæſt. tom.* 2. *tit.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 49., *Rot. deciſ.* 102. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 1. *diuerſ.*, *& coràm Ottbobon. deciſ.* 251. *num.* 40., *& in recent. part.* 17. *deciſ.* 199. *num.* 8., *& ſeqq.*

107 Alia exceptio, quod Paula Maria ratione conſanguinitatis non probet, nullam habet releuantiam. Quia quidquid dicat *Noguerol. allegat.* 25. *num.* 293. & nonnulli alij in oppoſitum adducti, verior, & communiſſima Sententia eſt, quod Conſanguinei indiſtinctè admittuntur ad probandam filiationem, ſeù cognationem, immò eorum dictum faciliùs in ſubiecta materia recipitur, quia ipſi meliùs omnium informati cenſentur, vt præceteris notant *Eſcobar. de Nobilitat. qu.* 11. §. 2. *tit. de teſtib. conſang. num.* 2. *&* 11., *Balducc. in addit. ad conſ. Ramon.* 22. *nu.* 23. *& ſeqq.*, *& deciſ. & rer. indicat. deciſ.* 9. *à n.* 11., *& ſeqq.*, *& deciſ.* 12. *num.* 5. *tit. de legat.*, *Thomat. deciſ.* 11. *num.* 4., *Tap. deciſ.* 37. *num.* 5., *Rot. coràm Manzaned. deciſ.* 661. *num.* 1., *& deciſ.* 722. *num.* 2., *& coràm Vbald. deciſ.* 83. *num.* 4. quin obſtet diſtinctio exaduersò facta inter Aſcendentes, & Collaterales, tùm quia Paula Maria reſpectu Marchionis non erat de linea Aſcendentium, nec Deſcendentium; Tùm etiam, quia diſtinctio huiuſmodi per Doctores aſſumitur in alijs materijs, de quibus loquuntur authoritates adductæ per Dominum Aſceuolinum in eius informatione §. *Rursùs*, non verò in caſu probandæ Filiationis, ſeù Deſcendentiæ, cum paſsìm in hoc themate videamus admiſſam etiam depoſitionē ipſius Matris, *Pariſ. conſ.* 10. *num.* 45. *vol.* 2., *Thomaſ. de legitim. tit.* 13. *cap.* 7. *num.* 349., *Pilaia in addit. ad Franc. de poteſt. conſid.* 35. *ſub num.* 2., *Diez allegat.* 25. *num.* 29. *&* 61., *Surd. deciſ.* 83. *ſub num.* 7. *&* 8., *& in dicto voto Pier. poſt Torr. de Primogen. Ital. deciſ.* 73. *num.* 10.

108 Nec Paula Maria à teſtimonio ferendo arceri poterat ex cauſa præſuppoſiti intereſſe. Quoniàm, excepto caſu, in quo Conſanguineus emolumentum capiat ex ipſa cauſa, in qua examinatur, & in quibus terminis loquuntur nonnullæ ex authoritatibus adductis per Domi-

num

num Aduocatum Fiſcalem in ſua allegatione §.22.,in reliquis ratione alicuius intereſſe remoti, & incerti, cuius ſpes ex probatione deſupèr facienda ſibi valeat reſultare, quis numquàm repellitur à teſtificando, vt in terminis conſanguinitatis latè probat *Eſcobar.de Nobilitat. part.1. quaſt.11. §.2. num.23.* & optimè contrà Fiſcum *Euerard.Iun. dicto conſ.24. num.26. lib.1.* cum quibus concordant *Felin. in cap.inſupèr num.15.de teſtib.,Alexand.conſ.78.num.2. lib.1., Surd. conſ.28. num.41. lib.1., Rot. coràm Vbald. deciſ.171. num.10. coràm Rox. deciſ.348. n.19., & coràm Manzaned. deciſ.757. num.2.,* & in fraternizante caſu Conſanguinei præſtantis conſenſum ſuum in contractu alterius Conſanguinei, *Gabriel. de teſtib. concluſ.13. num.7. Adden. ad Ludouiſ. deciſ. 473. ſub num.23., Iou. de contract. minor. gloſ.20. §.5. num.7. verſ.quod intelligas, Panimoll.deciſ.53. annot.1.num.30., Rot. coràm Ottbobon.deciſ.182. num.9., cor.Cerr. deciſ.371. num.8.,& in recent. part.19. deciſ.31. num.19.* Et de cætero Paula Maria nec aliquam ſpem poterat veriſimilitèr pro futuro concipere ex aſſerta inteſtata ſucceſſione ipſius Marchionis, ſiuè quia is erat in florida ætate 25.annorum, ea verò agebat annum 50. vndè nequibat in eius mente ſpes vlla ſucceſſionis cadere, ad *Text. in l.eum, qui in princip. ff.de verb.obligat.,Rot.in Romana Renunciationis 10.Decembris* 1710. *§. final.coràm Eminentiſs.Priolo,* vbi quod eſt inueriſimile, immò incogitabile, quod Senex in mente habeat prædeceſſum Iuuenis; ſiuè etiam, quia eadem Paula,tamquàm benè conſcia magnitudinis animi eiuſdem Marchionis, meliùs poterat arbitrari, quod ipſe valeret Teſtamentum conficere, & in eo aliquem ex ſuis Nobilioribus Conſanguineis hæredem ſcribere, prout de facto ſtatim poſt peractum examen ſibi hæredem inſtituit Principem Stephanum Pallauicinum eius Patruum, vt in *Summario ſecundi Memorialis diſtributo ex parte Rev. Cameræ num.6.*

109 Quod verò Paula Maria de anno 1675. non eſſet quinquagenaria, prout ipſa depoſuit, poterat conſultò omitti, quia hæc veritas patet ex fide illius Baptiſmatis pandentis illam natam eſſe die 4. Decembris 1624. *Summario num.2.* prout paritèr omitti valebat aſſertum mendacium ab eo deſumptum, quod ipſa depoſuerit Nicolaum Mariam, ſtatim ac ab vbere auulſus extitit, fuiſſe delatum in domo Antoniæ Matris, quando Io:Baptiſta Columbus alter ex Teſtibus examinatis de anno 1664. inquit fuiſſe conſignatum Hieronymo Villæ. Quoniàm Teſtis iſte non dicit, quod in ipſamet disiunctione Pueri ab vbere contextualitèr fuerit traditus eidem Hieronymo, ſed indefinitè teſtatur, quod Carolus Pater *doppo hauerlo leuato da Mamma, lo miſe à Scotto, in caſa del Signor Girolamo Villa, Summario num.6. ſub litt.L.* Quapropter cum traditio Pueri ad Hieronymum Villam intelligi valeat ſequuta etiam poſt plures annos à die illius reconſignationis factæ à Nutrice, en clarum, quod hoc medio tempore valuit Puer in domo Matris exiſtere, prout Paula depoſuit, quodque proindè,
ceſ-

ceſſante diſcordantia inter Teſtes, ceſſat etiam præſuppoſitum mendacium, quod de cætero ad minuendam fidem Teſti debet eſſe vndequaque clarum, & inexcuſabile, iuxtà notata per *Surd. conſ.97.n.15. lib.2., Conciol.allegat.93. num.44., & allegat.94. num.30., Rot. in rec. part.15. deciſ.94. num.3. & ſeqq., & in Romana ſupplementi 15. Maij 1713. §. Moti coràm R.P.D.Lancetta*. Quodque factum talitèr ſe habuerit, optimè colligitur ex depoſitione ipſius Hieronymi contextualitèr examinati de eodem anno 1664., qui teſtatur Puerum è domo Nutricis fuiſſe delatum in domo Antoniæ *Summario dicto num. 6. litt.G.* ibi = *quale Magnifico Nicolò Maria leuato poi da Mamma, e portato in caſa della Madre, fù detto Signor Carlo conſigliato à leuarglielo &c.* ex qua equidem depoſitione, non modò comprobatur altera eiuſdem Paulæ Mariæ, ſed clariùs etiam redigitur ad concordantiam illa Io:Baptiſtæ Columbi per ea, quæ tradunt *Dec.conſ.602.n.6. Ruin. conſ.130. num.6., Rot. coràm Gregor.deciſ.351. num.31., & deciſ.558. num.6. & 7., coràm Emerix Iun. deciſ.200. num.1. & 2., & deciſ.1123. n.15., & in recent. part.4. tom.2. deciſ.433. num.6.*

110 Conſimilis irreleuantiæ eſt alia exceptio, quod Paula Maria, quatenùs deponit vidiſſe naſci Marchionem, maneat in eius dicto ſingularis, quodque Confredus in ſua depoſitione ſit vnicus. Quo enim ad oppoſitam ſingularitatem, tùnc de ea diſcurſus caderet, quoties ad probandam filiationem, neceſſariò requirerentur plures Teſtes, qui fuiſſent præſentes partui. Sed cum in §.95. *& ſeqq.* quàm plenè probauerimus hanc qualitatem in Teſtibus non requiri, ſed probationem ſumi poſſe etiam ex alijs quomodolibet deponentibus, hinc propterea, cum depoſitio Paulæ Mariæ quoad ſubſtantiam probationis vniformetur dicto tàm Confredi, quàm aliorum Teſtium, indè ſequitur, quod neque eadem Mulier dici poteſt ſingularis ſingularitate obſtatiua, neque ipſe Confredus remanet vnicus, vt ex ſe patet.

111 Quod autem præcitatus Confredus nullam ſcientiæ cauſam reddat, vix poteſt audiri, quia ſufficit recurrere ad eius depoſitionem per extenſum relatam in *Summario num.10. à litt.N. vſque ad fin.* vt valeat iudicari an poſſit in ſubiecta materia inueniri alter Teſtis, qui meliores ſcientiæ cauſas reddere queat: Quodque idem Teſtis deponendo Antoniam iuiſſe, & rediuiſſe ad domum Caroli, etiam dùm iſte cubabat, & liberè ab eo fuiſſe admiſſam, dicatur inuerisimilia teſtari, eo quod Teſtes anni 1664. non modò ad tegendam veræ Antoniæ honeſtatem reticuerunt cognomen, ſed etiam retulerunt eumdem Carolum habuiſſe *ſoggettione del Magnifico Nicolò ſuo Padre*, nec paritèr regit; Quoniàm ipſi Teſtes anni 1664. quos DD. Camerales dicunt veræ Antoniæ cognomen obtegiſſe, de illius domeſtica frequentia in domo Caroli vnanimitèr deponunt, Primus nempè ibi = *Sò le predette coſe per hauer viſto pratticare inſieme detto Magnifico Carlo, e detta Signora Antonia, tanto in caſa di detto Magnifico Carlo, quanto in caſa di detta Signora Antonia, anche prima che naſceſſe detto Nicolò*

Maria, *Summario num.6. litt. B.* Secundus ibi = *Sò le predette coſe per hauer viſto detta Signora Antonia venire in caſa di detto Magnifico Carlo, e andare ancor lui in caſa di detta Signora Antonia, e queſt'amicitia durò frà di loro vn gran tempo, e poi detta Signora Antonia partorì detto Nicolò Maria Summario dicto num. 6. lit. K.* & Tertius ibi = *e detta Signora Antonia la vedeuo venire in caſa di detto Magnifico Carlo, e pratticaua domeſticamente con eſſo, e così detto Magnifico Carlo andaua ancor lui in caſa di detta Signora Antonia Summario dicto num.6. lit. N. & O.* Quaproptèr ſi hiſce Teſtibus in conflictu honeſtatis, ob quam cognomen reticuiſſe dicunt, nulla inueriſimilitudinis nota impingingibilis eſt, multo minus de aſſerta inueriſimilitudine redargui poterit Confredus, qui teſtando de acceſſibus Antoniæ ad domum Caroli, nil vltrà in hac parte depoſuit, quam quod ipſi præcedentes Teſtes aſſeruerint. Et hinc ſublata eſt etiam alia inueriſimilitudo deſumpta ex timore Patris, quia vltrà quod agebatur non de domuncula, ſed de Palatio vaſto, proùt decebat hanc ininſignem Familiam, in quo propterea valebat Carolus Antoniam in ſecreta illius parte recipere, quin hoc ad Patris notitiam deueniret, difficultas prætereà ceſſat ex facto, nàm ſi illimet Teſtes anni 1664., qui de timore huiuſmodi mentionem faciunt, contextualitèr deponunt de continua frequentia Antoniæ ad domum Caroli, manifeſtum eſt, quod vel Pater acceſſum prædictum de facto ignorabat, vel quod timor non percutiebat amicitiam cum dicta Antonia, ſed vnicè directus erat ad finem, nè ipſe Pater veniret in cognitionem Filij deſupèr exorti, quemadmodùm reuerà præſeferunt Teſtes eundem timorem enunciantes, *Summario num.6. litt. G. & L.*

312 Sed longè plus quam fert cauſæ neceſſitas ſuper hiſce minutiis immorati ſumus. Quis enim eſt, qui eoſdem duos Teſtes anni 1675. de informitate examinis, ſingularitate in dicto, mendacijs, inueriſimilitudine, & diſcordantia, redarguere attentat? Iſtæ omnes friuolæ exceptiones obijciuntur per Reuerendam Cameram, quæ ſuccedendo in bonis vacantibus non poteſt facto Defuncti modo aliquo contraire, vt latè vidimus *ſub* §. 47. *cum plurib. ſeqq.*, eaſque in parte recantat Monaſterium S. Bernardini, quod veniens ex perſona Mariæ Conſtantiæ aſſertæ filiæ Marchionis, nec quoque valet iſtius factum impugnare. Illæ igitur omnes ſilentio penitùs commendandæ ſunt, quia cum Marchio eoſdem Teſtes induxerit, eorum depoſitione etiam iudicialiter vſus fuerit, illamque mille medijs approbauerit, & ratam habuerit, ſemper verum eſt, quod ſicuti idem Marchio nequiret, neque examen de prætenſa informitate redarguere, nec contra eorum dictum adeò minutas exceptiones proponere, ità nec datum eſt eiſdem Reuerendæ Cameræ, & Monaſterio, de hiſce minutijs excipere, ſed toties dictam depoſitionem, cuſtodiendo inconcuſſas iuris noſtri regulas, illa, & illud tenentur religiosè obſeruare, vt paſſim in præſenti reſtrictu comprobatum extitit,

Et

113 Et tandem conſimilis inſubſiſtentiæ ſunt aliæ exceptiones, exaduerſo datæ contra cæteros Teſtes moderno tempore inductos. Non equidem ſubſiſtit, quod Phyſicus Ioannes Auguſtinus Peri diſcordet ab alijs Teſtibus deponentibus de partu Marchionis, dum Antonia erat Vidua ex ſecundo Viro, quando ipſe teſtatur eam peperiſſe, dùm erat Vidua Ioannis Antonij Calcij primi Viri, quemadmodum dicebat Dominus Fidus in eius ſecunda Iuris §. *Nullius momenti*. Quod enim partus ſequutus fuerit dùm Antonia viduata erat vtroque Viro, non poteſt in dubium reuocari, dum in hoc concordant omnes Teſtes, nempè illi examinati de anno 1664. *Summario num.6. litt.A.*, *& I.*, alij inducti de anno 1675. *Summario num.10. litt. H.*, *& P.*, & cæteri nuper deponentes *Summario num.17. in princip. & num.18. ſub litt.A.*; ex quibus mortem ſecundi Viri probatam eſſe tradunt *Menoch. conſ.715. num.3.*, *Rot. coram Priol. deciſ.421. num.9.*, *coram Pamphil. deciſ.212. num.1.*, *deciſ.263. num.4.*, *deciſ.242. num.3.*, *& deciſ.520. num.3.*, *coram Ludouiſ. deciſ.166. num. 7.*, *& coram Coccin. deciſ.526. num.4.*, *& deciſ.956. num.3.*, *in recent. part.9. deciſ.315. num.7.*, iuncto præſertim inſtrumento ſtipulato de anno 1641., in quo habetur enunciatiua Riccardi de Voilin ſecundi Viri cum dictione *quondam*, *Summario num.19.*, quæ ſanè dictio pariter denotat illum iam eo tempore fuiſſe mortuum, iuxtà *gloſſ. in leg. eius*, *qui in prouincia verb. Defuncti ff. ſi cert. petat. Alexand. conſ.14 num.15. lib.6.*, *Sebaſtian. Medic. in tract. mors omnia ſoluit part.1. num.93. Rot. coram Rox. deciſ.260. ſub num.3.*, *coram Pamphil. deciſ 672 n.4. coram Coccin. deciſ.1594. num.18.*, *coram Bich. deciſ.311. num.11. & in recent. par.18. deciſ.689. num.9.*; Vndè quatenus idem Phyſicus deponit natiuitatem Marchionis eueniſſe dùm Antonia erat vidua *di Gio: Antonio Calcia*, *Summario num.15.* in nihilo videtur diſcordare ab alijs Teſtibus, nam mulier, quæ ſit vidua ſecundi Viri debet per neceſſarium antecedens diei vidua etiam primi; Ceſſatque radicitus ſubtilitas iſta ex ſucceſſiua depoſitione eiuſdem Phyſici, in qua, declarando eius præcedens dictum, clarè inquit eumdem partum ſequutum eſſe, dùm Antonia erat vidua tàm primi, quàm ſecundi Viri, *Summario num.16.* quam equidem declarationem veluti non obſtatiuam priori depoſitioni, potuiſſe per eum fieri abſque vlla nota contradictionis, firmant authoritates ſuperiùs adductæ in §.84.

114 Minuſque ſubſiſtit altera, quod Giraccus, conſtitutus in ætate annorum 71., non poſſit deponere de filiatione Marchionis, eo quod tunc annum ſeptimum tantummodò ageret. Quia Teſtis prædictus aſſeuerat eſſe ætatis annorum 71., *& vltra Summario num.17. in fin.* quapropter cum eſſet ſupra infantiam, benè potuit deponere de re optimè cadente etiam ſub ſenſu vnius, qui in tali ætate ſit conſtitutus, *Bartol. in leg.3. §. Iulia ff de Teſtibus num.2.*, *Alexand. conſ.88. num.23. lib.5.*, *Maſcard. de probat. concluſ.1247. num.11.*, *Farinacc. de Teſtib. quæſt. 48. num.53.*, *& ſeqq.*, *Viu. commun. opinion. 964. num.4.*

D 2 Hucuſ-

115 Hucuſque diſſertum eſt ſuper probationibus deſcendentibus ex dicto Teſtium. Sed alia ſuppetunt argumenta eamdem filiationem comprobantia. Quandoquidem inter ſcripturas Marchionis repertæ fuerunt octo iuridicæ allegationes exaratæ in eadem cauſa donationis inter eum, & Principem Nicolaum eius fratrem legitimum vertente, ex quibus conſtat fuiſſe tunc controuerſiam in duplici articulo, Primò nempè, an Nicolaus Maria natus eſſet ex Antonia dum erat vidua, vel dum ea adhuc in coniugio reperiretur, Secundò verò an quamuis natus ex Vidua, poſſet nihilominus dici ſpurius, vt præcæteris pandit allegatio bon. mem. Maronij olim Cauſidici huius Curiæ, *Summario num.20.*, & quamquam in allegationibus prædictis eodem forraſſe honeſtatis obtutu cognomen dictæ Antoniæ ſupprimatur, quod tamen in cauſæ curſu ſuppoſitum fuerit de Antonia Calcia, dubio procul conuincitur ex duplici circumſtantia.

116 Altera eſt, quod Princeps Nicolaus reſpectu prioris articuli ad docendum dictam Antoniam forè coniugatam, exhibuerat fidem Matrimonij per Antoniam Calciam in eius ſecundis nuptijs ſub anno 1638. contracti cum Riccardo de Voilin Flamingo, vt patet ex Summario Poſitionis eiuſdem Cauſæ exiſten. penès antedictum Dominum Cauſidicum; Marchio autem, qui premebatur onere probandi eumdem Riccardum prædeceſſiſſe ipſius conceptioni, & cæteroquin de hoc facto totaliter ignarus erat, quia à Materna Domo adhuc infans diſceſſerat, extracta fide eiuſdem Matrimonij, nec non etiam altera Baptiſmatis Annæ Mariæ de Voilin ex eodem ſecundo coniugio progenitæ, quarum tenor in authentica forma repertus fuit alligatus cum antedictis allegationibus in ſcrinio ipſius Marchionis, *Summario num.21.*, & *30.* totum ſe vertit ad Paulam Mariam pro habendis notitijs obitus eiuſdem Riccardi, quæ equidem Paula in tribus cartulis proprio eius charactere conſcriptis, & pariter vna cum eiſdem allegationibus penès Marchionem repertis, eaſdem notitias præbuit, nam in prima ex eiſdem cartulis ſignificauit, quod Petrus Caprettus eiuſdem Patriæ Riccardi, & ſuus ſocius in itinere verſus Flandriam, notum ſibi fecerat, quod Riccardus ipſe tranſeundo Alpes S.Gothardi occubuerat *Summario num.22.* In ſecunda denuò certiorauit Marchionem, quod ille intra eoſdem Montes deceſſerat *Summario num.23.*, & in tertia præmonuit, quod ſæpedictus Riccardus duos habebat fratres, quorum alter nuncupatus Ioannes, & Paſtor Eccleſiæ, adhuc viuebat in Patria ſua, nec non etiam ſororem Monialem in Monaſterio nuncupat. *Beghinagio*, *Summario num.24* Vndè dein Marchio in ſequelam dd. notitiarum compilauit inſtructionem tranſmittendam ad partes pro habenda probatione dicti obitus, cuius inſtructionis minuta caractere, & ſigillo Marchionis contraſignata, & ad vnguem concordans cum cartulis dictæ Paulæ Mariæ, reperta quoque fuit in eius ſcrinio vna cum [illegible] notatis allegationibus *Summario num.25.* Eaque deincep[illegible]es tranſmiſſa, &

in

Digitized by Google

in illius executionem reportata fide obitus, de qua expreſſam mentionem facit bon. mem. Maronius in ſua informatione *Summario dicto num.20. litt.B.* Marchio tandem in dicto priori articulo Victor remanſit.

117 Ex facto autem huiuſmodi clarè conſtat, quod de identitate Matris nulla erat inter Partes contentio, nam quod ea eſſet Antonia Calcia manifeſtum erat tùm ex deductione dictæ fidei Matrimonij cum Riccardo per Principem facta, cum, & clarius ex diligentijs Marchionis in reportanda fide obitus dicti Riccardi ſequuti ante ſuam conceptionem, & conſequenter neque vlli dubium eſſe poteſt, quin illa Antonia, de qua verbum faciunt præcitatæ allegationes, ſit ipſa Calcia, de qua eſt contentio.

118 Altera verò eſt, quod Defenſores Marchionis inter cætera ad ſubſtinendam donationem in ſecundo articulo allegarunt, quod illa per Carolum facta fuerat poſtquam Antonia, ex qua filium Donatarium ſuſceperat, iam erat ab annis pluribus mortua, ſic oſtendendo, quod amplius non ſuberat timor, quod fuerit recidiuus, vt patet ex conſulto Aduocati Solarij *Summario num.26.*, & ex alio Aduocati Dulmetæ *Summario num.27.* Vndè en alia circumſtantia, quod Antonia vidua, de qua verbum Conſulentes faciebant, erat verè Antonia Calcia, nam hæc in ſtatu viduitatis decennio prius, nempè in contagione Ianuenſi diem clauſerat extremum *Summario num.5.* Taliter quod ſi in allegationibus hinc indè in eadem Cauſa exhibitis certò certiùs ſuppoſitum eſt Nicolaum Mariam ortum duxiſſe ab eadem Antonia Calcia, immò Marchio probando iſtius viduitatem victor extitit in puncto validitatis donationis, ex his vtique non argumentum, non coniectura filiationis, ſed euidens, immò euidentiſſima illius demonſtratio exoritur, quæ profectò ex ſe ſola ad Cauſæ deciſionem ſufficiens foret, vndè, & multò magis vnita tot aliis operari debet, vt abſque authoritatum repletione cuilibet conſideranti patet.

119 Huic grauiſſimæ circumſtantiæ DD. Defenſores Reu. Cameræ, ſicco Calamo tranſeuntes, vnicè reſpondent, quod allegationes non faciunt mentionem de cognomine, quodque cartulæ conſcriptæ per Paulam Mariam, & alia contenta in antedicta inſtructione, concernant obitum dicti Riccardi de Voilin, nil habentem agere cum filiatione Marchionis. Sed reſponſio nimium debilis eſt, nam quod allegationes verè tractent de Antonia Calcia, iam fuit ſuperius oſtenſum; Quod verò cæteræ cartulæ contineant ſimpliciter notitias obitus dicti Riccardi, hoc eſt quod Cauſam decidit, quia non eſt inſpiciendum, quid dictæ cartæ præſeferant in ſolo cortice verborum, ſed ad quem finem exaratæ fuerint. Cum itaque non controuerſa inter Partes identitate Matris, Marchio angeretur obiecto, quod ex fide Matrimonij per Principem fratrem exhibita, conſtaret de coniugio Antoniæ Calciæ cum dicto Riccardo de Voilin, eo ſanè ipſo, quod Nicolaus Maria omnem curam impendidit pro habendis probationi-

bus de illius prædeceſſu, & ideò obtinuit eaſdem cartulas de manu Paulæ Mariæ conſcriptas, & ad illarum normam pro faciendis diligentijs inſtructionem exarauit, abſolutum eſt, quod hæc omnia directa ſunt ad eum finem excludendi inculcatum motiuum adulterij mediante præcedenti viduitate eiuſdem Antoniæ ex congeſtis per *Menoch. conſ.772. num.16., Maſcard. de probat. concluſ.1122. nu.16. Rot. coram Peutinger. deciſ.178. num.8., coram Emerix Iun. dec.449. num.3., in recent. par.9. deciſ.387. num.56., par.18. deciſ.790. nu.9. & par.19. deciſ.185. num.25., & deciſ.452. num.21.*

120 Clarius quia ea ſumma vrgentia, quæ habebatur, obtinendi legitimam probationem obitus dicti Riccardi, quæue ſub initio dictæ inſtructionis explicatur ibi = *Si deſidera per cauſa vrgentiſſima di verificare la morte del fù Sig. Riccardo de Voilin*, & illa maxima ſollicitudo promittendi largam recognitionem, ſi optatus finis obtineretur, quemadmodum dicitur in poſtrema parte eiuſdem inſtructionis ibi = *oltre le ſpeſe da farſi per la perſona, che ſi manderà à poſta in detto luogo di Vuarcu, ſe otterrà l'intento, ſe gli farà vna buona recognitione, Summario dicto num.25.*, non poterant referri neque ad motiuum, quod Antonia intenderet tranſire ad tertias nuptias, minuſque ad alterum, quod Anna Maria, vnica filia eiuſdem Riccardi, vellet ſuccedere in bonis Patris, cum vna, & altera iam longè in memorata contagione deceſſiſſent, vt dicitur in ipſa inſtructione, ibi = *e tanto la Madre, come la Figlia hauuta da detto Signor Riccardo, con altra del primo Marito morſero in Genoua del 1657. di contagio, Summario dicto num.25. litt.D.* & probatur *ex Summario num.5.*; Ergo ex ipſa rei quidditate non alio referri poteſt nec debet, niſi ad eum vnicum finem probandi viduitatem de tempore conceptionis Nicolai Mariæ, & ſic declinandi obiectum inculcatæ ſpurietatis per ea, quæ notant *Soccin. ſen. conſ.24. num.11. & ſeqq. lib.1., Bonden. collect. legal.26. num.42., Tabor. loc. commun. lib.1. cap.25. axiom.32. in fin., Rot. cor. Priol. deciſ.28. num.23., coram Peutinger. deciſ.79. num.5., in recent. par.5. deciſ.178. num.8.*

121 Eoque certiùs, quia, ſi hæc omnia ad hunc præciſum intentum peracta haud eſſent, dicant quæſo Domini Camerales, qua ratione debuiſſet Marchio haſce cartulas tanta ſedulitate, & zelotypia, in ſecretioribus eius Scrinijs, vna ſimul cum præfatis allegationibus vſque ad obitum conſeruare. Nil enim ipſe habebat agere cum dicto Riccardo de Voilin, vndè præciſiuè ab eodem motiuo nil ſibi referre poterat notitia, & multò minùs probatio temporis, quo idem Riccardus deceſſiſſet. Cùm autèm quælibet humana operatio ad finem aliquem directa ſit iuxtà *Ariſtot. 2. Phyſic. text.49., Decian. conſil. 7. num. 21. lib. 1., Tabor. loc. commun. lib. 1. capit. 16. axiom.3., Redenaſch. conſil. 36. num. 2. & pluribus ſeqq., Bonden. collect. legal.8. num.63.*, vtique retentio earumdem cartularum trahenda eſt ad vnicum motiuum Marchionis, ſciendi nempè quomodo ſpurietas ſuæ

con-

conceptionis excluſa fuerit, dum de alio non conſtat, nec conſtare poteſt, *Ayman. conſil. 91. num. 9., & conſil. 284. num. 6., Rot. poſt Viuian. de Iurepatronat. deciſ. 2. num. 3., coram Buratt. deciſ. 905. num. 5., coram Cerr. deciſ. 236. num. 17., coram Emerix Iun. deciſ. 764. num. 4., & deciſ. 1167. num. 8., & poſt Nouar. in Summ. Bullar. dec. 48. num. 24. & dec. 49. num. 18.*

122 Nec credimus eoſdem Dominos Camerales impugnaturos eſſe circumſtantiam illam, quòd Princeps Nicolaus in Summario Poſitionis exiſtentis penès eumdem Dominum Cauſidicum exhibuerit fidem Matrimonij per Antoniam Calciam contracti cum dicto Riccardo de Voilin. Quoniam veritas huiuſmodi fuit ſolita ſua ingenuitate per ipſum Dñum Cauſidicum aſſeuerata, tum Domino Thomæ Arnaldor filio Dominę Principalis, tùm alijs pluribus perſonis; Quapropter vel Domini Camerales dignentur illam admittere, prout dubio procul ſperandum eſt ab eorum aſſueta, & numquàm ſatis commendabili religioſitate, vel mandent dicto Domino Cauſidico, vt eamdem Poſitionem in rei veritatis obſequium originalitèr exhibeat, nam aliàs D. Maria Hieronyma nimiam vim pateretur contra monitum *Text. in capit. nouit 3. de Iudic., Tabor. loc. commun. libr. 9. capit. 140. axiom. 1., Tuſcb. commun. concluſ. litt. I. concluſ. 640. numero 1., & ſequentibus.*

123 Hiſce omnibus accedunt tractatus ipſius Marchionis ergà hanc Familiam. Omiſſis namque ijs, quos DD. Aduerſarij vellent ergà Antoniam exigere; quoniam ſi hæc deceſſit ſub anno 1657., ſi eo tempore Marchio reperiebatur in infantili ætate ſeptem annorum, nullum illi valuit ſuæ filiationis ſignum exhibere, ſat ſuperque eſt, quod ille induxerit in Teſtem Paulam Mariam, veluti eius ſororem vterinam, vt latè probatum eſt à §. 27. *cum pluribus ſequentibus*, quod illi in ſequelam ſibi rotiès inculcatæ ſororietatis, tum menſtruam præſtationem donec ea vixit, tum alias plures extraordinarias ſummas ſubminiſtrauerit, quodque demùm ipſi D. Mariæ Hieronymæ tamquàm ſuæ nepti ex dicta Paula Maria, alia veri Auunculi inditia præbuerit, quemadmodùm peramplè oſtenſum fuit à §. 55. *vſque ad* 68. ſatis inquàm hæc omnia ſuperque ſunt, vt indè valeat dici eamdem nominationem, eoſdemque tractatus tamquàm Antoniæ Calciæ filium vnicè geſſiſſe, quia non poterat agnoſcere in ſororem vterinam dictam Paulam Mariam filiam memoratæ Antoniæ, quin ſe ipſum æquè iſtius filium conſtitueret, minùſque valuit tractare Dominam Principalem veluti eius neptem ex dicta Paula Maria, niſi per neceſſarium antecedens ſe paritèr filium dictæ Antoniæ fateretur, ob iuſtam correlatiuitatem, quæ inter eos omnes intercedebat iuxtà benè perpenſa per *Ciarlin. controu. capit. 23. ſub num. 23. Pax Iordan. variar. elucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 17. num. 300. in fin., Rot. coram Buratt. deciſ. 755. num. 9., coram Coccin. deciſ. 105. num. 1., coram Bichio deciſ. 189. num. 5., coram Celſo deciſ. 31. num. 9., & coram*

ram *Cerro deciſ.* 400. *num.* 5. Accedentibus autèm nominationibus, & tractatibus, qui non ſecus quam ad filiationem reſpectu Antoniæ Calciæ referri poſſunt, en aliud indeclinabile argumentum ipſius filiationis comprobatiuum iuxtà *Burſatt. conſil.* 17. *num.* 1., *& conſil.* 88 *num.* 8. *volum.* 1., *Gozadin. conſil.* 13. *num.* 55., *Maſcard. de probat. concluſ.* 788. *num.* 20., *Rota coram Merlin. dec.* 389. *num.* 33. *coram Rembold. dec.* 598. *num.* 4., *coram Buratt. dec.* 725. *num.* 1., *coram Dunozett. Sen. deciſ.* 277. *num.* 2., *& coram Dunozett. Iun. deciſ.* 1007. *num.* 7.

124 Adſtipulantur alij tractatus tum Caroli *Patris* erga Antoniam Calciam veluti Matrem Nicolai Mariæ, tum ipſius Antoniæ erga Marchionem tamquàm ſuum filium, quos latè enumerauimus in §. 56., eoſue enunciat etiam bo. mem. Maronius in ſua allegatione exarata fauore Marchionis *Summario Num.* 20. *litt. A.*, prout etiam ſimiles nominationes, & tractatus per Conſanguineos *Pallauicinos* geſti ergà dictam *Paulam* Mariam tamquàm ſororem vterinam Marchionis, cum hac notabili circumſtantia, quod inter illos enumeratur illa Ioanna Maria *Pallauicina* Amita ipſius Marchionis, quæ fuerat eius Matrina in Baptiſmate, vt latè probatum eſt in §. 59., quæuè tamquàm omnium meliùs informata minimè ad illos deueniſſet, quotiès reuera ſibi notum non eſſet, quod Nicolaus Maria ortum ſuum duxiſſet à totiès dicta Antonia Calcia. Quantum verò Conſanguineorum tractatus conferant ad probationem filiationis, tritiſſima ſunt iuris principia, de quibus *Maſcard. concluſ.* 790. *num.* 12., *Petr. de fideicommiſſ. quæſt.* 9. *num.* 290., *Rota coram Rembold. dicta deciſ.* 598. *num.* 5., *coram Buratt. dec.* 155. *num.* 10., *coram Ottbobon. dec.* 251. *num.* 8., *coram Pamphil. dec.* 503. *num.* 3., *in recent. part.* 11. *deciſ.* 310. *numero* 6., *& ſequen.*, *part.* 15. *deciſ.* 125. *num.* 29., *& part.* 19. *deciſ.* 44. *num.* 5.

125 Iu ıdem collimant recognitiones dictæ *Paulæ* Mariæ cum ipſa qualitate, quòd eſſet ſoror vterina Marchionis, factæ communitèr ɔet omnes Cognoſcentes iſtius Familiæ, *vt in Summ. Num.* 37. 41. *&* 42. quæ paritèr controuerſam filiationem virilitèr comprobant *Ferrett. conſil.* 49. *num.* 3., *Pariſ. conſil.* 10. *uum.* 61. *lib.* 2., *Rot. coram Dunozett. Sen. dicta deciſ.* 277. *num.* 2., *coram Cerro dec.* 672. *num.* 18. *coram Manzaned. deciſ.* 637. *num.* 1., *coram Ottbobon. dec.* 251. *nu.* 7., *& coram Emer. Iun. deciſ.* 97. *num.* 6. Præſertìm cum in ſubiecta materia admitti ſoleat etiam publica vox, & fama, vt contra Fiſcum monet *Euerard. Iun. conſil.* 24. *num.* 8. *lih.* 1. & contra alios identificè notant *Gozadin. conſil.* 13. *num.* 29. *&* 30., *Menoch. de arbitr. caſ.* 89. *num.* 68., *Barboſ. vot. deciſ.* 22. *num.* 32. *lib.* 2., *Rot. coram Dunozett. Sen. deciſ.* 228. *num.* 12., *& dec.* 277. *n.* 3., *coram Manzaned. d. dec.* 637. *num.* 1., *coram Emer. Sen. dec.* 97. *num.* 3., *& in recen. part.* 19. *dec.* 627. *num.* 17.

126 Et tandem concurrit ea maxima reflexio, quòd in conſpectu tot, tan-

ta-

tarumque probationum, nec vi: adminiculum exaduerſo affertur de alia Antonia Vidua, quæ potuerit Marchionem concipere, & parere, minùſque nec per ſigna remota indigitatur quænam fœmina diuerſa ab Antonia Calcia ſit illa Antonia Vidua, cum qua, vt inquiunt Teſtes examinati anno 1664. *Summario Num. 6. per tot.* longum Carolus carnale commercium habuit, & filium maſculum cum identifico Nicolai Mariæ nomine progenuit; ſimilitèr nec vllum veſtigium exhibetur, quod Marchio tamquàm filius alterius Matris fuerit recognitus, & denique nec modo aliquo adminiculatur, quòd idem Nicolaus Maria, vel aliam Matrem, vel alios ſibi Coniunctos ex latere Materno recognouerit, & tractauerit. Negatiua autem huiuſmodi, ſignantèr iuncta ponderatione, quòd cum DD. Camerales non afferant Marchionem vulgo quæſitum eſſe, eſt ferè impoſſibile, quod re alitèr ſe habente probatio aliqua in contrarium ſcatere non poſſet, manifeſtè paritèr ſuadet, quòd ex hiſce omnibus filiatio manet ſupra euidentiam ipſam concluſa, vt omiſſis generalibus admonet in debilioribus terminis *Noguerol.* exaduerſo allegatus *alleg.* 25. *ſub num.* 87. ibi = *vndecima coniectura eſt, fama publica huius filiationis, de qua deponunt Teſtes &c. & nulla eſt contraria fama, nec vmquàm dictum eſt, Dominam Mariam Damianam eſſe alterius Patris filiam.*

127 Si verò hæc omnia ſimul ſumpta, quemadmodùm, & in hac materia faciendum eſſe aduertunt *Corn. conſ.* 1. *num.* 22. *volum.* 3., *Ramon. conſil.* 22. *num.* 21. *ibique Balducc. num.* 4. *& ſeqq., & deciſ. & rer. iudic. tit.* 3. *deciſ.* 9. *num.* 74., *& deciſ.* 11. *num.* 12., *Rot. coram Bichio deciſ.* 434. *num.* 2. *& ſeq. & in dicta Auenionen. ſeù Vaſionen. Primogenitura* 5. *Decembris* 1701. §. *Prædictaque coram bo. mem. Muto*; certam, & vndequaque concludentem dubio procul conſtituerent probationem filiationis, quantò magis ſufficientia in hoc caſu dicenda erunt, quo, vt alibi diximus, non agitur de aſſerto filio, qui vtì talis petat in Iudicio declarari pro filio, vel ad grauem ſucceſſionis effectum, vel pro vindicandis bonis fideicommiſſarijs, ſeù feudalibus aduersùs Tertium legitimum illorum poſſeſſorem, in quibus caſibus libentiſſimè admittimus rigoroſam, & exactam requiri filiationis probationem ex parte prætenſi filij peragendam, iuxta terminos, in quibus loquuntur auctoritates inutili prorsùs labore in oppoſitum relatæ. Sed quæſtio eſt de Domina Principali, quæ tamquàm Conſanguinea in tertio gradu Defuncti, & quam plenè, vt vidimus conſtituta in quaſi poſſeſſione eiuſdem conſanguinitatis, petit ad ipſius Defuncti ſucceſſionem admitti. Hoc namque in themate cum quæſtio non cadat *principalitèr* ſuper filiatione, ſed *incidentèr*, ex quo principalis quæſtio verſatur ſuper conſanguinitate, vt in puncto contra Cameram firmat idem Votum relatum poſt *Torr. de maiorat. dec.* 73. *ſub num.* 24. ibi = *dum quæſtio ſuper filiatione non cadit principalitèr, ſed incidentèr, cùm Principalis verſetur circà conſanguinitatem Hor-*

 ten-

tenſiæ reſpectu Dominici, ſubdens num.25.& ſeq.*contraria procedere, quando ageretur de filio petente declarari in filium, & ſic principalitèr de filiatione*, *quam negaret aſſertus Pater*, & num. 27. *ſecùs per conſequens, ſi filius eſſet conſtitutus in quaſi poſſeſſione filiationis, quo caſu non eſt quod ampliùs quæratur ſuper ea principalitèr ex iuribus allegatis*, non requiruntur pro eadem filiatione iuſtificanda probationes exactæ, ſed mitiores, imò leuiores admittuntur, vt communiſſimè tradunt *Becc. conſil.194. num.13. lib.2.*, *Noguerol.* in exaduerſo adducta *allegat.25. num.91.*, *Surd. conſil.1. ante num.66.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.6. part.4 gloſſ.2. num. 3. Pret. de vltim. volunt. lib.5. dubit.4. num.259.*, *Maſin. de confiſcat. quæſt.37.num.68.*, *Rot. coram Coccin. deciſ.1369. num.20*, *coram Arguell. deciſ.58.n.19. & coram Zaratt. deciſ.40. num.6. & 15.*, & egregiè in eodem Voto edito contra Cameram ſub num. 24. ibi= *vrget ſemper valida reſponſio, quòd Hortenſia ſatis ſe probauit legitimam hæredem probando conſanguinitatem cum Dominico, quam optimè probauit inhærendo eius filiationi, & reſpectiuæ Paternitati Iordani, in cuius quaſi poſſeſſione quilibet reſpectiuè iam erat conſtitutus, & tamen quando inſideret Hortenſiæ onus probandi vltrà ſuam conſanguinitatem cum Dominico, etiam filiationem eiuſdem, prædicta ſuperabundarent, dum quæſtio ſuper filiatione non cadit principalitèr, ſed incidentèr*.

128 Signantèr quia nec res eſt de negotio recenti; ſed de valdè antiquo, ſcilicèt de probanda filiatione ſequuta ab annis 60. & vltrà, quòd tempus dici antiquum in his terminis obſeruant *Burſat. conſ.93.n.4. in fine*, *Mandell.Alb. dicto conſil. 83. nu.14.*, *Redenaſch. conſil. 62. num.1. & ſub num.16.*, *Mierez. de maior. part.1. quæſt. 7. num. 76.*, *Balducc. deciſ. & rer. iudicat. dicta deciſ. 9. num. 26. tit. de legat.*, *Rot. in recent. part.13. deciſ.318. num.12.*, *& part.15. dec. 124. numero 14.* Concurrente autèm temporis antiquitate, dubium non eſt, quin ad illam concludendam admittantur leuiores probationes, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ.155.num.11. & deciſ.725. num.15.*, *coram Cerro deciſ.803. num.18.*, *in recent. part.15. deciſ. 246. num. 3. & 4.*, *& part.19. deciſ.44. num. 17. & ſeqq.*, *& in dicta Auenionen. ſeù Valſonen. Primogenituræ 5. Decembris 1701. §. Prædictaque coram bo. mem. Muto*, immo etiam ſolæ præſumptiones, & quandoque etiam publica vox, & fama, *Paneirol. conſil.189. num.13.*, *Menoch. de arbitr. caſ.89. num.86. & ſeq. cent.2.*, *Rot. coram Buratt. dicta deciſ.725. num.3.*, *coram Dunozett. Iun. deciſ.981. num.3. & coram Pamphil. deciſ.158. num.2. & in recent. part. 17. deciſ. 67. numero 6.* Quantumuis agatur de probanda filiatione ex parte Matris, vt magiſtralitèr firmant auctoritates adductæ in §. 96. *cum duobus ſeqq.* & ſignantèr concurrente antiquitate, vt obſeruat *Bero. dicta quæſt. 90. ſub num.5.*, *Eſcobar. de nobilitat. part.1. dicta quæſt.16. §. 4. dicto numero 35.*, *Scopp. ad Merlin Pignatell. cent. 2. capit.84. ſub num.14.*, *Rot. Ianuen. penès Balducc. dicta deciſ.9. num. 10.*, *Rot. noſtra coram Cerro deciſ. 715. num.11. & poſt Franc. de proteſt. dec.15. n.38.*

Digitized by Google

129 Nec benè hæc temporis antiquitas declinatur, mediante reſponſione illa, quod quæſtio ad præſens ſit de Teſtibus examinatis de annis 1664. & 1675. Quia non eſt inſpiciendum tempus, quo dicti Teſtes fuerunt per Marchionem inducti, ſed regula ſumenda venit à tempore, quo Reuerenda Camera filiationis punctum impugnare cæpit, & prætenſionem transferendi onus illam probandi in Dominam Principalem excitauit; Cùm ergo hæc omnia tantummodò euenerint poſt obitum Marchionis defuncti in ætate 64. annorum, abſolutum eſt, quod reſpectu Dominæ Mariæ Hieronymæ res manet in linea veræ antiquitatis, viam proindè laxantis dictæ leuiori, & mitiori probationi, iuxtà authoritates mox adductas.

130 Tantò fortiùs, quia cùm de anno 1657. ſuperuenerit in Ciuitate Ianuæ infortunium præcitatæ contagionis, quod ſtragem maximam Perſonarum miſerabilitèr cauſauit, indè ab eo tempore difficultas faciendi ſimiles probationes exorta eſt, quod paritèr relaxat iuris rigorem, & operari debet, quod probatio minoribus documentis, & circumſtantijs contenta ſit, iuxtà notata per *Tabor. loc. commun. lib. 14. cap.* 108. *axiom.6., Eſcobar. de Nobilitat. par. 1. quæſt.* 16. §. 4. *ſub num.35., Rot.coram Coccin. deciſ.* 1867. *num.63., coram Caualer. deciſ.299.n.4., & deciſ.421. nu.5. & in rec.par.19. deciſ.377. num.9. &* 10. quia & in hac parte deduci poſſit in medium depoſitio Aduocati Confredi teſtantis de notorietate eiuſdem facti; Quoniam, vt diximus, & nunc opportunè replicamus, idem Teſtis deponit de notorietate in tempore natiuitatis Marchionis, vt legitur in *Summario num.10. litt. Q. & S.*, vndè ab eo, quod notorium erat de anno 1650. nequaquam argui poteſt ad ſimilem notorietatem de tempore præſenti, ſignantèr ſequuto intereà contagionis infortunio, quod è viuis erepſit Perſonas illas, quibus idem factum poterat, ad ſenſum Teſtis, notorium eſſe.

131 Fruſtraque in oppoſitum magnificatur circumſtantia illa, quod Antonia Calcia de tempore conceptionis reperiretur in ætate annorum 48., & trium menſium, proindèque cum Partus, in adeò grandæua ætate, dici debeat rariſſimus, immò miraculoſus, hinc ideò cum præſumptio tùm à lege, tùm à natura deriuans militet in contrarium, debeat D. Principalis, tamquam veniens contra eamdem præſumptionem rigoroſis vndiquè probationibus filiationem concludere. Quandoquidem diſcurſus iſte à toto genere ſumptus non applicatur; nam ſi filiatio non eſt probata in hoc caſu, nullus alter profectò aſſignari poterit, quo illa iuſtificari valeat, quando, vt vidimus, ſex Teſtes optimè informati, alij duo deponentes de auditu, factum ipſius Marchionis, qui duplicitèr, tamquam filius, ſtetit in Iudicio, quiue tam Paulam Mariam, quàm D. Hieronymam, tamquam ſororem, & reſpectiuè neptem, tot medijs vſque ad obitum recognouit, & denique tractatus Conſanguineorum, omniumque Cognoſcen-

 tium,

tium, abſque vllo penitùs adminiculo in contrarium, ſuperlatiuam illius probationem reuera conſtituunt, præſertim in hoc caſu, quo de eadem filiatione non principalitèr, ſed incidentèr tantum modò cadit quæſtio, atque onus illam probandi non incumbit D. Mariæ Hieronymæ; Et tantò fortiùs, quia ſi, vt alibi prænotauimus, ſuum animum Illuſtriſſimus Dominus iam pandidit, quod ex recognitionibus ipſius Marchionis, quantumuis æquiuocis, & ad aliam cauſam trahibilibus, filiatio Mariæ Conſtantiæ Monialis probata fuerit, tametſi de illa principalitèr quæſtio caderet, & onus illam concludentèr probandi eidem Moniali incumberet, potiori equidèm Iure, pro ſufficientibus admitti debent probationes hactenùs examinatæ, tùm ex illarum præponderantia, tùm ex longè debilioribus terminis, in quibus præſens Cauſa diſcutitur. Quibus ſanè talitèr ſe habentibus, cum vel omnia ſubuertenda ſint, quod iuſtè fieri non poteſt, vel certiùs concludi debeat veritatem ita, & non aliàs ſe habere, non eſt profectò diuagandum ſuper aſſerta præſumptione obſtatiua facultati generandi, quatenùs etiam in contrarium militaret, quia præſumptiones debent ſemper ipſi veritati cedere, quemadmodùm in his terminis notant *Pariſ. d. conſ. 29. num. 44. & 82. lib. 2.*, *Scapp. ad Merlin. Pignattell. cent. 2. cap. 84. num. 12. in fine*, *Rot. coram Cerr. deciſ. 672. num. 20.*, & generalitèr *Menoch. conſ. 409. num. 68.*, *Rocc. diſput. Iur. cap. 7. num. 16.*, *Rot. coram Emerix Iun. deciſ. 1232. ſub num. 15.*

132 Verùm prætereà idem contrarius diſcurſus nec in aliqua ſui parte ſubſiſtit. Quoniam ex communiori ſententia tùm Philoſophorum, & Medicorum, tùm etiam Legiſtarum, regula ceſſationis potentiæ generatiuæ in fœminis ſtatuitur in ætate excedente quinquaginta annos, non verò intrà eamdem ætatem, vt ex ſententia *Ariſtotelis*, *Plinÿ*, *& aliorum* firmant *Dionyſ. Halicarn. lib. 4. de antiquit. Roman.* *Codronch. in libell. meth. teſtif. cap. 6.*, *Solin. Polybiſtor cap. 4.*, *Botton. lib. 2. de morb. mulier. cap. 8.*, atque ex noſtris ſunt *Text. in l. ſi maior quinquagenaria C. de legitim. hered.*, *in l. ſi ſterilis ff. de contrah. empt. & vendit.*, *in l. ſi Mater C. de hered. inſtit.* & communis omnium ſchola, ac ſignantèr *Gregor. Tholoſan. ſyntagm. Iur. lib. 9. cap. 6. ſub num. 3.*, *Zacch. quaſt. Medic. legal. lib. 1. tit. 1. quaſt. 9. nu. 58.*, *Menoch. de praſumpt. lib. 5. praſumpt. 24. num. 4.*, *& lib. 6 praſumpt. 42. num. 29.*, *& praſumpt. 53. num. 17.*, *Barboſ. in cap. 2. num. 8. de frigid. & maleſic.*, *Fagnan. in d. cap. cum ſis num. 41. 50. & ſeqq. de conuerſat. coniugat.*, *Ruger. conſ. 1. num. 31.*, *Sanchez de matrim. lib. 7. diſputat. 32. ſub num. 16. poſt med.*, *Viu. deciſ. 246. num. 1. lib. 2.*, *Pilaia deciſ. 10. num. 66.*, Ricc. *deciſ. Neapolit. par. 2. deciſ. 235. nu. 5.*, & latè Rot. *in recent. deciſ. 360. num. 15. & ſeq. par. 18.* Atque hinc Iuris noſtri Interpretes communitèr etiam ſenſerunt præſumptionem Iuris, quod fœmina non valeat concipere, nullatenus exoriri poſſe,

niſi

Digitized by Google

niſi poſt eumdem annum quinquageſimum, vt benè aduertunt *Fulgoſ. conſ.212. §. In primo* ibi.: *nam ſicuti in muliere Iuris præſumptio eſt cum exceſſit annum 50., vt non concipiat, ita &c., Maſcard. concluſ.1152. num.5. de probat., Fagnan. in d. cap. cum ſis num.53. in fin. de conuerſat. coniugat.*, & benè *Matt. de Canonizat. Sanctor. par. 3. cap.12. n.14.*

133 En igitur, quod non eſt verum, quod præſumptio tùm naturæ, tùm Iuris militaret contra Antoniam, ſed hæc tamquam poſita in ætate 48. annorum vtriuſque aſſiſtentiam habere dicebatur, proùt benè aduertit *Menoch. d. conſ.537. ſub num.2. propè fin.* ibi: *cum itaque poſſit Mulier aliquando concipere vſque ad quinquageſimum annum perfectum, ſequitur dicendum ſine controuerſia poſſe vſque ad quadrageſimum ſeptimum*: Et indè corruit etiam conſequentia, quod Domina Principalis vti veniens contra vtramque præſumptionem magis rigoroſis probationibus adſtringatur, quia cum ipſa tùm naturæ, tùm legis aſſiſtentiam habeat, leuioribus vtique fundamentis probationem ſuam adſtruere poteſt, ita vt qui contrarium prætendit teneatur plenè, & concludentèr probare, ad *Text. in l. Generalitèr §. ſi petitum in fin. ff. de fideicomm. libert., Spad. conſ.97. lib.1. & ſeqq. tom.1., Menoch. de præſumpt. lib.1. præſumpt.32. num.5. & præſumpt.33. nu. 1. & ſeqq.*, Rot. *coram Emer. iun. deciſ.66. num.7., & in recent. par. 10. deciſ.207. num.7. & 8.*

134 Et quamquam nonnulli ex Doctoribus in oppoſitum adductis inquiant, quod quamuis fœmina poſſit vſque ad annum quinquageſimum parere, iſti tamen caſus ſint rari, immò ferè miraculoſi, ex quo DD. contrarij Defenſores anſam capiunt ſubdendi, quod lex non conſiderat abſolutam facti poſſibilitatem, ſed ducta norma ab eo, quod frequentiùs accidere ſolet, ex communitèr accidentibus præſumptionem inducat, nihilominùs nec rari ſunt caſus, nec miraculoſi in quibus fœminæ non tantùm intra ætatem 50. annorum, ſed etiam ex poſt concipiant. Raritas enim caſus conſiderari ſolet tantummodò in his, quæ bis, vel ſemel ad ſummum contingunt, vt poſt *Alberic. in d. l. ſi maior C. de legitim. hered.* obſeruat *Fagnan. in cap. cum ſis ſub nu.64. tit. de conuerſat. coniugat.* Vndè nullatenùs verificatur in præſenti hypotheſi, in qua ſi non ita frequentèr iſti Partus edantur, milleni tamen ſunt caſus, in quibus fœminæ etiam quinquagenariæ, & vltrà concipiunt, vt referunt in propoſito *Angel. in d. l. ſi maior C. de legitimis heredibus, Pariſ. conſ.29. num.21. lib.2., Fagnan. in d. cap. cum ſis num.57. & ſeqq. de conuerſat. coniugat., Matt. de Canonizat. Sanctorum d. cap. 12. num. 10. cum duobus ſequentibus* cum alijs latè adductis per *Schenek. obſeruat. Medic. rar. lib.4. tit. de concept.*, & pandunt nonnulla recentiora exempla, de quibus *in Summario num.* 55. Miraculoſum verò id dicitur, quod accidit præter ſpem naturæ, & ſupra ipſius virtutem, vt ex mente *D. Thomæ in prima part. qu.* 105.

art.7. ad 2. aduertit *Matt. de Canonizat. Sanctorum par. 3. cap. 9. num.3.* ideoque nec applicatur ſubiectæ materiæ, in qua fœminæ huiuſce ætatis concipiendo, & pariendo, nec ſpem, nec virtutem naturæ ſupergrediuntur, vt de quinquagenaria, & vltra inquiunt *Bald. in d. l. ſi maior*, ibi = *etiam quinquagenaria poteſt petere legitimum partum, nec eſt miraculum, ſed raro contingens*, *C. de legitim. hæredibus*, *Fagnan. in d. cap. cum ſis ſub num.* 64. ibi = *At verò partus maioris quinquagenaria, nec tam rarus eſt, nec miraculoſus*, ſubdens paulò inferiùs, quod leges miraculum enunciantes loquuntur hyperbolicè, & impropriè, & concordat *Matt. de Canonizat. Sanctor. par. 3. cap. 12. num. 14.*

135 Si ergò nec raritas caſus, nec miraculi qualitas in præſenti themate verificatur, non eſt cur lex ipſa etiam caſum prædictum pro effectu ſtabiliendi præſumptionem fauore Mulieris reſpicere non debeat. Quantumuis namque ſuam regulam ſumere ſoleat à communitèr accidentibus, ea tamen, quæ, prout hìc, non ſunt contra naturam, & poſſunt licet non ita frequentèr contingere, nullatenùs contemnit, ſed ab ijs indiſtinctè præſumptionem bonam deducit, quemadmodùm litteralitèr decidit *Text. in dicta l. ſi maior quinquagenaria*, ibi = *& ſancimus licèt mirabilis huiuſmodi partus inueniatur, & rarò contingat, nihil tamen eorum, quæ probabilitèr à natura noſcuntur eſſe producta, reſpui*; & obiecto reſpondendo inquiunt, *Bartol. in dicta l. ſi maior num. 1.* ibi = *de his, quæ rarò contingunt non debet fieri lex: quædam contingunt rarò, ſed naturalitèr tamen, & de his debet fieri lex; quædam contingunt rarò, & miraculosè ſupernaturalitèr, vt quod mortuus reſuſcitatur, & de his non debet fieri lex*, optimè *Pariſ.* ex aduersò allegatus *conſ. 29. num 20. lib. 2.* ibi = *licèt rarò hoc contingat, tamen quia à natura poſſibile eſt contingi, ſi contingat obſeruari debet; Lex enim iſto caſu prouidit ad ea, quæ rarò contingunt, ex eo quia naturalitèr poſſunt contingere*, benè *Menoch. conſ. 537. ſub num. 2. verſ. reſpondetur & de adipiſcen. remed. 2. num. 111.* ibi = *Et quod dicitur leges non adaptari ad ea, quæ rarò eueniunt, vt per miraculum potiùs, quam alitèr euenisse credantur*, & idipſum firmat *in tractat. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 24. ſub num. 10.*, *Ruger. conſ. 1. num. 33. & ſeqq.* egregiè diſcuſſo articulo *Fagnan. in dicto cap. cum ſis num. 60. & ſeqq. de conuerſat. coniugat.*, vbi plura loca iuris noſtri adducit, in quibus lex ſumit præſumptionem, etiam pro caſibus rariſſimè contingentibus, *Franc. deciſ. 20. num. 4.*, & optimè *Rot. in dicta deciſ. 360. n. 18. & ſeq. par. 18. rec.*

136 Et ſimile exemplum in valdè fraternizantibus terminis habemus de vita hominis. Docet namque experientia ità raros eſſe caſus, quod aliqui viuant vſque ad centum annos, vt ſi aliquando hoc eueniat, res valdè mirabilis apud omnes appareat, & tamen quia homo poteſt viuere vſque ad eoſdem centum annos, leges noſtræ non curando de

rari-

raritate caſus, ſed vnicè reſpiciendo, quod poſſibile eſt, præſumptionem inducunt, quod vnuſquiſque ad hanc vſque ætatem viuat, vt habetur ex *Text. in l.ad vſusfruct. ff.de vſufruct.*, talitèr quod, qui contrarium prætendit, nullatenùs auditur quatenùs inſiſtat in raritate, & mirabilitate caſus, ſed mortem concludentibus probationibus iuſtificare adſtringitur iuxtà *Maſcard. de probat. concluſ.* 1073. *num.*2., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 562.*num.*27., *Balduсc. deciſ. & rer. iudicat. tit.*3. *de legat. deciſ.* 13. *num.*10., *Rot coram Ludouiſ. deciſ.*228.*num.*1., *coram Dunozett. iun, deciſ.*721. *num.*17., *& in Romana prætenſæ immiſſionis* 7.*Martij* 1704. §. *Quæ probatio coram R.P.D. Lancetta*.

137 Nec ad rem faciunt authoritates in hac parte exaduersò allegatæ; nam *Fulgoſ. in l.ſi ſterilis ff.de act.empt.*, *& conſ.*212., *Pariſ.conſ.*29. *lib.*3. *Pontan. de aliment. cap.*3. *num.*29., *Trentacinq. var. reſolut. tit. de verb.ſignific. reſolut.* 4., *& Rot. deciſ.* 32. *num.* 11. *par.* 13. loquuntur de filio, qui dicebatur natus ex muliere excedente ætatem quinquaginta annorum, quo in caſu, ſi vt vidimus, præſumptio Iuris ciuilis militabat contra Mulierem, nil mirum ſi per eoſdem Doctores reſponſum fuit filiationem maioribus probationibus iuſtificandam eſſe; Et de quinquagenaria, & vltra intelligi etiam debet *Beſſ. de part. ſuppoſ. num.*15., dùm vnicè ſe refert ad dictum *conſ.* 212. *Fulgoſ.*

*Maſcard. de probat. in concluſ.*1147. *num.*4. allegat. per D.Aduocatum Fiſcalem, nil dicit in hoc puncto; & quatenùs adduci voluiſſet *in concluſ.*1152. *paritèr num.*4. contra Partem retorquetur; quia expreſsè firmat præſumptionem contra mulierem non dari, niſi poſt annum quinquageſimum.

Similitèr retorquetur *Farinacc. de falſit. & ſimulat. quæſt.*150. *n.*252., quia inquit mulierem vſque ad annum 50. generare poſſe, & deindè concludit = *& ſic in muliere; niſi exceſſerit annum* 50. *ſuppoſiti Partus coniectura ſumi non poteſt*.

Narbon. de ætat. anno 45: tamquam ſibi contrarius *anno* 60. *quæſt.* 13. *num.*4. meritò reijcitur *à Rota in deciſ.*360. *num.*16. *par.*18. *recen.*

*Zacch. quæſt. medic. legal. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.* 8. *num.* 18. eatenùs admittit vigere præſumptionem contra mulierem etiam intra ætatem 50. annorum, quatenùs conſtet per anteactam ætatem non fuiſſe fœcundam.

Purpurat. conſ. 302. *in fin. & Giouagnon. conſ.*6. *num.* 45. *lib.* 1. agunt caſum de eo, qui petebat declarari in filium cuiuſdam habitualitèr morboſi, & valetudinarij, quapropter benè reſponſum fuit filiationem concludentiſſimè probandam eſſe; quia vrgebat iuris præſumptio, quod idem morboſus eſſet impar ad coitum.

*Deciſ.*263. *par.*12., quæ eſt impreſſ. poſt *Zacch. quæſt. medic. legal. in ordine la* 100., & poſt *Bonden. collect. tom.*1.*in ordine la* 37., necnon

alia

alia *coram Priolo deciſ.* 141. repetita poſt eumdem *Bonden. in ordine la* 172. loquuntur de filio cuiuſdam meretricis, qui expoſtulabat declarari filium Viri ſexagenarij, quando de tempore conceptionis æquè commercium cum illa habebat quidam robuſtus Iuuenis, quo circa iuſtiſſimè deciſum fuit leuiorem probationem ex quibuſdam tractatibus prodeuntem non ſufficere, quia obſtabat non ſolùm præſumptio, quod generatio deriuaret à Iuuene, & non à Sene, ſed etiam alia à iure noſtro inducta *in leg. ſi filius familias* §. *final. ff. de adopt.*, quod virtus generatiua deſinat in ſexagenario, & in his terminis procedunt etiam *Soccin. ſen. conſil.* 65. *num.* 2. *lib.* 2., & *Surd. deciſ.* 83. *num.* 9., nam ille loquitur de aſſerto patre ſeptuagenario, hic verò de octuagenario.

Et tandem *deciſ.* 386. *par.* 18., nec merebatur allegari, quia, quamuis ſit reuocatoria *deciſ.* 360. *eiuſdem par.* 18. ſuperiùs per nos adductæ, ratio tamen recedendi deſumpta fuit ab aliis motiuis, ſolumue in ea dubitatur de potentia generandi in matre, non quia ætas intra 50. annos traheret ſibi contrariam præſumptionem, ſed ex obeſitate corporis, & præterita illius ſterilitate cum primo viro.

138 Minuſque ad rem faciunt cætera adducta in contrarijs allegationibus ſuper aſſerto defectu retentionis Antoniæ in ſchemate concubinatus, ſeù ſub exacta cuſtodia. Non enim agitur de probanda filiatione ex parte Patris, quo in caſu per Doctores de hiſce circumſtantijs diſceptari ſolet, ſed quæſtio eſt de filiatione ex parte Antoniæ, quo in themate pro effectu ſucceſſionis ſufficit Marchionem Nicolaum Mariam fuiſſe ab ea progenitum, abſque eo quod ad has ſuperfluas indagines deſcendere debeamus.

139 Iam verò agnoſcentes DD. Defenſores Reuerendæ Cameræ quantum inutilitèr pugnent, ſi in concurſu clariſſimi facti ſtantis pro maternitate noſtræ Antoniæ, contrariam probationem opportunè non afferant, conantur illam deducere ex motiuo, quod nomen Antoniæ Calciæ fuerit merè ſuppoſititium, in ſtabilienda maternitate Marchionis, & huiuſce ſimulationis cauſam deſumere ſatagunt, ex ſuppoſito, quod Nicolaus Maria ortum duxerit à fœmina illuſtri, cuius cognomen, cum fieri publicum non deceret, hinc ideò opus habens Marchio, tùm pro obtinenda aggregatione ad Nobilitatem Ianuæ, tùm pro excludenda ſpurietate ſibi obiecta per Principem Nicolaum, cognomen matris patefacere, curauerit ſibi, mediante inductione Teſtium examinatorum ſub anno 1675., in fictam Genitricem aſſumere memoratam Antoniam Calciam, & hanc ſimulationem Defenſores prædicti ſibi ſuadent colorare poſſe ex quampluribus coniecturis, quas pro effectu huiuſmodi lato calamo accumulant.

140 Defenſio huiuſmodi, ſi ingenij acumen reſpicimus, à quo illa procedit, plauſum aliquem ſibi poteſt reuerà conciliare, ſed ſi oculus vertitur

titur ad deficientiam facti, vndequaque euanida remanet, quia vltra quod iactatæ cauſæ deueniendi ad eandem ſuppoſitionem, nec vix vnum adminiculum datur, ea rurſus directè in vniuerſum pugnat cum veriſimilitudine, quæ in hac materia totum facit. Si namque, vt benè inquit D. Aduocatus Fiſcalis in ſua Allegatione §. 35. ſuppoſitio partus eſt delictum capitale, & atrociſſimum, quod grauiſſimas pœnas ingerit, non modò mulieri, ſed etiam cunctis illi operam quomodolibet præſtantibus, quis ſibi vnquam ſuadere poterit, quod tanti criminis reos ſe voluiſſent conſtituere non modò Hieronymus Spinula, & Simon Pallauicinus, qui erant ex Nobilioribus Ianuenſibus, quiue probationi cognominis matris ſupremam manum admouerunt, inducendo Teſtes ſubindè examinatos de dicto anno 1675. *Summar. num.* 8. 9. *&* 10. *per tot.*, ſed etiam Teſtes ipſi, qui fuerunt Paula Maria, & Aduocatus Confredus, peierando iſti ſuper tot, tantiſque circumſtantijs, quas latè ad rei comprobationem in eorum examine explicarunt? *Summario num.* 10. *per tot.* Prætereà quis credere poteſt, quod dicti criminis participes voluiſſent quoque fieri Bottinus Agens Marchionis, qui pro dicta probatione adſtruenda ſuam operam pariformitèr dedit *Summario num.* 8. 9. *&* 13., necnon etiam illi tres Teſtes, qui fuerunt examinati de anno 1664., quiue de maternitate Antoniæ Calciæ depoſuerant, vt vidimus ſupra *à* §. 80. *vſque ad* 95.? Non eſt enim veriſimile, quod tot perſonæ moribus, doctrina, & reſpectiua Nobilitate conſpicuæ, voluerint in præiudicium veritatis, proprijque honoris, & Animæ, adeò enormitèr conſpirare, vt pro excludenda ſimulatione aduertunt *Bald. in l. hac conſultiſſima in fin. C. qui teſtam. facere poſſ.*, *Cyriac. controu.* 415. *num.* 27., *R. P. D. Anſald. de commerc. & mercat. diſc.* 27. *num.* 27. *& ſeq.*, *diſc.* 65. *nu.* 16. *& diſc.* 82. *num.* 27., *Rot. coram Merlin. deciſ.* 135. *num.* 7., *coram Priol. deciſ.* 360. *num.* 8., *in recen. par.* 9. *deciſ.* 14. *num.* 20., *& par.* 19. *deciſ.* 529. *num.* 16.

141 Signantèr inſpecto fine ad quem memoratæ probationes directæ erant. Omnes namque prędicti Teſtes examinabantur ad effectum obtinendi à Sereniſs. Collegijs peroptatam Nobilitatem Marchionis, quę, nõ probato veræ Matris cognomine ſperari haud poterat; vndè ad ſenſum Partis ſupponendũ eſſet, quod non ſolùm dicti Teſtes, ſed etiã memorati Nobiles voluiſſent vniuerſam Rempublicã Ianuenſem decipere in re, cuius veritas ſtatim deregi poterat, id quod eo minùs præſumendum eſſe tradunt *Capoll. de ſimulat. contract. ſub num.* 16., *Altimar. de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *num.* 32. *tom.* 3., *Farinacc. de ſimulat. quæſt.* 162. *num.* 144., *R. P. D. Anſald. de commerc. & mercatur. diſcurſ.* 82. *num.* 29., *Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 127. *num.* 5. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſs. deciſ.* 89. *num.* 20., *& in Romana prætenſæ immiſſionis* 3. *Decembris* 1703. *§. final. coram R. P. D. Lancetta*.

Vlte-

Digitized by Google

142 Vlteriùs debuiſſent decipi Carolus Pater, qui dictam Antoniam Calciam tamquam Matrem Marchionis recognouit, vt *in* §. 56. *&* 124., Simon Pallauicinus Marchionis Leuir, qui in epiſtola extra caſum conſpirandi ei conſcripta, aſſeuerauit Paulam Mariam dictæ Antoniæ filiam eſſe eius ſororem vterinam *Summario num.* 8. *litt. E.* Illæ tres Amitæ Marchionis, & ſignantèr Suor Ioanna Maria eius Matrina in Baptiſmate, quæ omnes eamdem Paulam Mariam veluti eius Sororem vterinam iugitèr quoque tractarunt *Summario num.* 38. *cum trib. ſeqq.* Princeps Nicolaus frater legitimus, qui etſi nullum lapidem intactum reliquerit pro ſtabilienda ſpurietate Marchionis, vnicè tamen in iudicio validitatis donationis obiecit ſuper defectu probationis viduitatis Antoniæ Calciæ, ſupponendo, & admittendo, quod ea eſſet Marchionis Mater, quando ſi res ita non fuiſſet, nemini faciliùs eſſe poterat ſpurietatem ſui Aduerſarij ex ſuppoſita illuſtri fœmina concludere. Et tandem non ſemel, ſed bis Sereniſſimus Senatus Ianuæ, tot vigilantiſſimis, & veriſimilitèr extrà Iudicium informatis Senatoribus conſtitutus, qui duplicitèr Marchionem tamquam filium naturalem Antoniæ Calciæ iudicauit, in cauſa nempè adſcriptionis ad Nobilitatem, & in altera eiuſdem donationis. An verò tot diſſonantiæ credi poſſint, cuilibet Legenti iudicandum libentiſſimè relinquimus.

143 Creſcunt inueriſimilitudines ponderando, quod Marchio ipſe debuiſſet paritèr decipi ante ideatam ſimulationem, quia longè ante dictum annum 1675., quo ea patrata ſupponitur, dictæ Paulæ Mariæ eius ſorori ſubueniebat pecunijs, vt in *Summario num.* 33. *in principio* longèque maior, immò voluntaria debuiſſet fieri eius deceptio poſt peractum examen Teſtium, quia ab eo tempore, vſque ad obitum eaſdem ſubuentiones continuauit tùm dictæ Paulæ Mariæ, tùm Dominæ Principali, immò non ſemel ſe obiurgatum ab vtraque vidit in epiſtolis ſibi directis, ex quo nempè conſanguinitatis vinculo mediantibus ſubſidijs non obſequeretur; Tantumque abeſt, quod aduerſus hæc omnia, modo aliquo, reclamauerit, vt potiùs penès ſe non modo omnes præfatas epiſtolas, ſed etiam examen Teſtium, omneſque quantumuis minutiſſimas cartas, quæ ad probandam maternitatem Antoniæ Calciæ, eiuſque viduitatem de tempore conceptionis conferre poſſent, accuratè retinuerit. Si autem maternitas dictæ Antoniæ fuiſſet ſuppoſititia, authumandum non eſt, quod Marchio voluiſſet documenta huiuſmodi conſeruare, quia fuiſſet dare anſam Extraneis prætendendi ab inteſtato ſucceſſionem in ſua hæreditate, quod numquam præſumi poteſt, iuxtà *Giouagnon. conſ.* 7. *num.* 35., *Peregrin. conſ.* 58. *num.* 8. *lib.* 5., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 473. *num.* 30. *& ſeqq.*, Rot. *coram Bichio deciſ.* 337. *num.* 15., *coram Dunozett. iun. deciſ.* 648. *num.* 11., *in recent. par.* 6. *deciſ.* 215. *num.* 5., *par.* 15. *dec.* 1. *n.* 16., *& par.* 17. *dec.* 119. *n.* 1.

Præ-

144 Præterquamquod ſi duo illi Nobiles Ianuenſes, qui de mandato Marchionis ſatagebant cognomen Matris iuſtificare, voluiſſent modum illi gerendo ad hanc abominabilem criminalitatem procedere, dicant quæſo Domini contrarij Defenſores, an ſit credibile, quod fuiſſent ſelecturi in Matrem Marchionis Mulierem conſtitutam in ætate 48. annorum, viam ſic aperiendo ſuſpicionibus ob ipſam inueriſimilitudinem, adeò exaduerſo inculcatam, quod Iuuenis floridiſſimæ ætatis 21. annorum, prout erat Carolus, voluiſſet coire cum Muliere adeò prouecta, quodque hæc in ætate illa potuiſſet concipere, vel potius debuiſſent eligere Iuuenculam, quę tum partui, tùm ætati coeuntis adaptabilior eſſet, quæue magna facilitate in illa Vrbe vaſta reperiri poterat? Quid plus? Iam Princeps Nicolaus de eo tempore exceptionem mouerat ſuper ſpurietate Marchionis, contendendo, quod is natus eſſet ex fœmina coniugata, & proindè dicti Nobiles inueſtigando Teſtes examini ſubiciendos toti erant in curando, ne ex depoſitionibus deſuper faciendis contrarium aliquid in hoc puncto emergeret, *vt in Summario num.9. litt.E.*, ſi res itaque fuiſſet dè ſuppoſititia maternitate adſtruenda, quomodo vnquam figurabile eſſet, quod toties dicti Nobiles pro hiſce anfractibus euitandis noluiſſent eamdem Maternitatem impingere alicui Mulieri, de cuius libertate nulla eſſe poſſet quæſtio, ſed in cautè maluiſſent in matrem ſupponere noſtram Antoniam, de cuius viduitate tanta erat obſcuritas, & pro qua dilucidanda tot Marchio ſubindè debuit diligentias facere, *vt in Summario num.22. cum tribus ſequentibus iuncto numero 32.*; Hæc namque omnia, iunctis cœteris ſuperius adnotatis, manifeſtum faciunt, quod aſſumptum ſuppoſititiæ maternitatis fabulæ potius, quam veritatis ſpeciem videtur redolere, nam qui ſimulare proponit nil magis ſtudet, quam omnia ita ſubtiliter, ac veriſimiliter ordinare, vt ex facti circumſtantijs, nec ſimulatio detegatur, nec ſibi aliquod præiudicium eueniat, vt benè notant *Hodiern.controuerſ. forenſ.32. num.26.*, *Rocc.diſput.iur. ſelectar cap.46. num.27.*, *Rot. in Romana Donationum* 15.*Maij* 1705. §.*Quinta, coram Reuerendiſſimo Molines, & in Balneoregien. Pecuniaria* 16.*Ianuarij* 1713. §.*Parumque refert coram R.P.D. Lancetta*.

145 Hiſque ſtantibus neceſſarium nec foret ad aſſertam ſimulandi cautelam, & coniecturas in oppoſitum enumeratas deſcendere; Quia ex tot, tantiſque circumſtantijs à veroſimili totaliter aberrantibus, quodcumque vitium ſimulationis excluditur, *Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.3.num.19.*, *Bonden.Collect. legal.43. num.155.*, *Farinacc.de falſitat., & ſimulat.quæſt.162. num.215.*, *Rot.Genuen. penes Balducc. deciſ., & rer. iudicat. tit.2. deciſ.7. num.27.*, *Rot. noſtra coram Ottbobon. deciſ.238. num.7.*, *coram Cerro deciſ.372.num.14.*, *coram Pamphil.deciſ.245. ſub num.6.*, *coram Dunozett. Iunior. deciſione 355. num.4.*; *in recent. parte 18. deciſ.507. num.8.*, tanto magis, quando, prout hic, Nicolaus Maria ſemper fuit, tam iudicialiter,

quam

quam extraiudicialiter in quaſi poſſeſſione filiationis, vt alijs adductis monent *Caranz.de Part.natural.par.5. ſect.2. ſub num.90.*, *Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.25. num.29.*

146 At verò, & cauſam deficere, & coniecturas nil penitus ad intentum conducere, facili medio probatur. Illa enim deſumi contenditur à figurato obtentu, quod nato Marchione ab aliqua illuſtri fœmina, immò, vt oretenus etiam ſubditur, ex inceſtuoſo coitu, vrgeret neceſſitas tegendi veram Matrem, & aliam magis vulgarem ſupponendi, ſed hæc ſunt mera verba, quæ nullum habent veritatis inditium, vndè totaliter poſthabenda ſunt, quia cauſa ſupponendi partum, quæ magna, & vrgens requiritur, per Allegantem probanda eſt, non verò ad opportunitatem figuranda, iuxta communiter adducta in terminis per *Maſcard.de probat. concluſ.1152. num.28.*, *Farinacc.de falſitat. & ſimulat.quæſt.150.num.266.*, *Menoch.dicta præſumpt.25.num.25.* *Caranz. de partu natural. dicta ſect.2. num.92.*, *Rot. deciſ 377. numero 17. parte 19. recent.*, præſertìm verò ad inducendum delictum adeò enorme prætenſi inceſtus, quod numquam præſumi poteſt niſi euidentiſſimis probationibus concludatur, *Surd. conſ.552. num.25.* *Gratian. diſcept.562. num.1.*, *Diez.allegat.24.num.149.*, *& ſequen.* *Ciazz.diſcept.forenſ.3. à num.40.*, *Rot.in rec.par.16. dec.367. nu.4.*, *& par.17.dec.43.num.12.*

147 Neque adeò abominabile factum deſumi poteſt à quadam Epiſtola Principis Stephani Pallauicini directa noſtro Marchioni, ex quo in ea legantur ſequentia verba, *è certo, che chi tratterà queſta cauſa, non metterà à mezzo coſe ſcandaloſe, nè eſami de Teſtimonij, che poſſino pregiudicare alla riputatione della Caſa*. Vt enim digito conſtet, quantum modica ratione DD.exaduerſo Scribentes in adeò ſiniſtrum ſenſum hæc, & alia dictæ epiſtolæ verba detorqueant, opus eſt in facto præmittere, quod poſt reaſſumptam cauſam nullitatis Donationis per Principem Nicolaum in Senatu Ianuæ, tam idem Princeps, quam Marchio Nicolaus Maria, illam ſub die 12. Martij 1675. compromiſerunt in Cardinalem Lazarum, & eumdem Principem Stephanum de Pallauicinis Patruos in Alma Vrbe commorantes, *Summarium num.54. litt.A.*; Cumque ex ſcripturis hìnc indè exaratis coram Arbitris, & de quibus *in Summario num.20. 26. 27. & 28.*, iam præuideret Princeps Nicolaus punctum nullitatis donationis ex aſſerto capite ſpurietatis totaliter vacillare, meditatus fuit alteri motiuo inniti, fundato in dementia Caroli eius Patris de tempore antedictæ donationis, ad quem effectum extraiudicialiter de eodem anno examinari fecerat nonnullos Teſtes, quorum depoſitiones dantur *in Summario num.56.*, & ſubindè ad extremum illud deuenit, donandi nempe ſub die 9. Octobris eiuſdem pariter anni 1675. Officio Pauperum Ianuæ iura eiuſdem donationis, ſubminiſtrata illi de proprio etiam ſumma ſcutorum 1000., vt eadem iura iudicialiter experiretur, & cum pacto expreſſo, quod ſub pena caducitatis non poſſet ad aliquam

con-

concordiam deuenire, *Summario dicto num.*54. *per tot.*, *& ſignanter in fin.*, de quibus omnibus ſtatim monito per Marchionem Principe Stephano Patruo, hic reſponſiuè eidem Marchioni ſcripſit magnificatam epiſtolam, non ſub die 19. Octobris 1677., vt ſupponitur in tertia informatione facti pro Reuerenda Camera contra hanc Partem edita §. *Cæterum quod Stephanus*, ſed ſub die 19. Octobris 1675., *Summ.num.*58.*in fin.*

148 In eaque rationabiliter inuehens contra Principem Nicolaum reſpectu donationis per ipſum factæ loco Pio, inquit= *Con mia grandiſſima afflittione hò ſentito l'operato dal Signor Nicolò ſuo fratello, in riguardo alla ſua perſona, mà anche à ſe ſteſſo, dando ad intendere al Mondo, che paſci penſieri così rigoroſi contro il proprio ſangue, nè di queſto n'è eſente il Signor Cardinale mio Fratello, douendoſi credere, che non hauerà mai fatto queſto ſalto ſenza il ſuo conſenſo; è prattica faſtidioſa, e noioſa à ſentirla nominare, e come ben dice, non hauerà queſto pregiudicato alle ſue raggioni, ancorche nella donatione fatta v'habbia intereſſato la maggior parte della Cittadinanza, con hauer fatto la diſtributione per maritar figlie nobili, ed altre opere pie*; Et quoniam idem Stephanus iuſtè conceperat hæc omnia fuiſſe ordinata ad meram vindictam, ideò immediatè ſubdidit -- *queſte non ſono opere accette da Dio, che ſi fanno in vendettà, e queſto è vn caſo nel quale ſpetta al Prencipe metterui la ſua mano con la ſua ſuperiore autorità*, & paulò inferiùs, ibi -- *E certo, che ſe il Senato non vſa della ſua ſomma prudenza, molto diſcaderebbe dalla ſtima, che ſe ne hà; già è fatta cauſa palèſe à tutto il Mondo, e particolarmente in queſta Corte, & ogni vno ſtà aſpettando gl'effetti della loro prudenza*, deindè concludendo, quod qui hanc cauſam ageret, non fuiſſet deducturus examina Teſtium præiudicialia decori Domus, prout meditabatur, ſubiunxit illa alia verba -- *E certo che chi trattarà queſta cauſa non metterà à mezzo coſe ſcandaloſe, nè eſami de Teſtimonij, che poſſino pregiudicare alla riput atione della Caſa, come ſi andaua intentando*, & prout latiùs *in Summ. d.num.*58. *per tot.*

149 Ex his igitur manifeſtè patet, quod ſi Princeps in dicta Epiſtola ſcripſit, quod Senatus debuiſſet manus apponere in hoc negotio, hoc vtique non ſignificauit, vt Senatus ſua authoritate præcluderet, ne patefierent arcana Domus, offenſionem, & dedecus eidem Domui allatura, quemadmodum inquit Dominus Aduocatus Fiſcalis in ſua allegatione §.47., ſed vt ſua prudentia de medio tolleret donationem non pietatis, ſed mero vindictæ intuitu expletam, prout genuinè indicant verba ſuperius tranſcripta. Prætereà ſi Princeps in eadem epiſtola ſubdidit ſe credere, quod, qui ageret cauſam, non fuiſſet deducturus res ſcandaloſas, ſeù examina Teſtium honori Domus præiudicialia, prout intentabatur, ibi -- *Come ſi andaua intentando*, neque hoc dixit ſub illo erroneo ſuppoſito, quod affettæ res ſcandaloſæ percuterent ideatum inceſtum, ſed debuit vnicè intelligere de

illis

illis probationibus,& de illo Teſtium examine,quod ſuper dementia, vt diximus, peractum fuerat. Nil enim vltra Princeps Nicolaus fuerat meditatus, neque intentauerat, niſi Patris dementiam de tempore donationis concludere, vndè dum Stephanus loquitur de illis rebus ſcandaloſis, & de illo examine Teſtium, quas,& quod præcedenter edi intentabatur, ibi -- *Come ſi andaua intentando*, clarum eſt, quod verba epiſtolæ non aliàs referri poſſunt niſi ad dementiam, quæ vnicè per Principem Nicolaum fuerat intentata, ex traditis *per Soccin. Sen. conſ.* 129. *num.*4. *lib.*4., *Pariſ. conſ.*3.*num.*3.*lib.*1., *Rot.coram Gregor. deciſ.*286.*num.*10., *& deciſ.*295.*num.*11., *& ſeq.*, *coram Pen.dec.*776. *num.*3., *in recent. par.* 9. *deciſ.* 469. *num.* 26., *& parte* 10. *deciſ.* 74. *num.* 20.

150 Neque hæc veridica relatio obumbrari poteſt ſub animaduerſione illa, quod dementia Caroli, nec ſcandalum, nec præiudicium honori Domus afferre poſſet: Quia ſufficit legere depoſitiones Teſtium, vt indè valeat colligi, quod dementia ad talem, tantamue obſcænitatem deuenerat, quod Carolus non modò haud timeret comeſtibilia in locis pluribus furari, ſed etiam proprias feces manibus colligere, & poſtea, vel illas parietibus loci, in quo Nobiles conuenire ſolent, imponere, vel manus ipſas taliter fœdatas toralibus Altarium in publicis Eccleſijs tergere, *Summario dicto num.*56.; Quale autem ſcandalum maius, quale Teſtium examen decori domus magis præiudiciale, poterat in mente boni Principis Scribentis eſſe, quam ſuſpicari, quod hiſcè medijs Donatarij Principis Nicolai adeò infauſtam proprij Patris, & reſpectiui fratris, renouaturi memoriam forent, quam ipſe Nicolaus filiali pudore totaliter poſtpoſito excitare tentauerat. Hoc namque erat ſcandalum, hic erat honor Domus, quod euitare, cuiue reparamen imponere ſatagebat Stephanus, numquam verò aſſertus inceſtus, de quo nec per ſomnium cogitauit, & pro cuius excluſione omnis interpræatio capienda eſt, prout monent *Bertazzol. conſ.*76.*num.* 31., *Crauett. conſ.*6.*num.*126., *& conſ.*9. *numero* 24., *Maſcard.de probat. concluſ.*1003.*num.*7., *Bonden. collect. legal.*9.*num.*137. *tom.*1., *Ciriac. controu.*356. *num.*33., *Rot. in recent. parte* 4. *tom.*2.*deciſ.*56.*num.*11., *& parte* 15. *deciſ.*132. *num.*16., nil de cætero iuuante reflexione adducta in dicta tertia informatione facti pro Reuerenda Camera, quod nempè alter ex Teſtibus deponat de initio dementiæ poſt donationem; Tum quia hoc non eſt verum, immò illi de hiſce actibus deponunt etiam per menſes, antè illam, *vt in Summario dicto num.*56. *per totum, & ſignanter littera E.*; Tum etiam quia non erat quæſtio an tales depoſitiones ſufficerent pro annullanda donatione, nec ne, ſed punctus ſtabat in renouatione infælicis memoriæ Fratris, quæ iam pluribus annis ſopita erat, quæque vel dementia incepiſſet antè,vel poſt donationem, ſemper in ſenſu ſcribentis allatura erat ſcandalum, & præiudicium honori Domus, quod præcedenter Princeps Nicolaus excitare intentauerat.

Quod-

151 Quodque hæc, & non alia, fuerit Mens Principis Stephani ad euidentiam colligitur ex alia Epiſtola, paulò antè per eum ſcripta ipſi Marchioni, vt in *Summario Num* 59.; In ea enim ſignificando iſti, quod Cardinalis Lazzarus, præcipuus Fautor Principis Nicolai, venerat in ſenſum, pro tollendis inter Nepotes iurgijs, ſubminiſtrandi ſcuta 5000. de proprio, inquit, *è certo che il Signor Cardinale noſtro PER PROPRIA RIPVTATIONE diſſe hauer offerto li ſcudi cinque mila di ſuo conto, in riguardo à quello, che fù da me fatto*. Subindè increpans, quod tàm Cardinalis, quàm ipſe Princeps Nicolaus attentarent Marchionem de vniuerſa ſubſtantia, contra Fratris, & reſpectiuè Patris voluntatem, denudare, ſubdidit, *e mi diſſe il Conte Montauti, che hauendo detto al Signor Cardinale, come al detto Signor ſuo Fratello, che lui non poteua laudare queſta operatione, e che la ſtimaua DI POCO ONORE loro, di contrauenire alla volontà del Padre*; En igitur, quod Stephanus, tametſi in hiſce duobus actibus non ageretur de inceſtu, nec de alia re, Familiam, ſeù Domum diffamante, nihilominùs adhibuit terminos *di riputatione*, *di poco onore*; Signum euidens, quod illis vtì aſſuetus erat, etiam in ijs, quæ directè, ac publicè honorem non læderent; Vndè multò magis illa verba *coſe ſcandaloſe, e riputatione della Caſa* intelligenda ſunt de dementia Fratris, cuius memoriæ renouatio ob tantas obſcænitates non decus Domui, ſed merum ſcandalum redolere poterat, cum Mens Proferentis regulanda veniat ab eius ſolito loquendi, *Rota apud Caſſador. deciſ.12. num.14. de Præbend., coram Coccin. deciſ.328. num.2., in Recent. part.5. deciſ.50. num.26., & part.12. deciſ.300. num.29.*

152 Addito vlterius, quod in mox dicta Epiſtola idem Stephanus poſt tot, tantaſque increpationes contra Fratrem, & Nepotem prolatas, & poſt conſilia Marchioni ſubminiſtrata, vt vexationes ſibi illatas declinare poſſet, aſſeuerauit ſe id facere *SOLO PER DIFESA DELLA VERITA'*, *Summario dicto Num.59. propè finem*; Si autem ipſe Stephanus ſciuiſſet Marchionem ex Illuſtri Fœmina, immò ex inceſtuoſis Nuptijs Progenitum eſſe, itàut de hoc abominabili delicto debuiſſet intelligere in illis verbis *coſe ſcandaloſe*, non ſanè veritatem, ſed manifeſtam iniuſtitiam turaturus eſſet, quia donatio, cuius validitas pendebat à Spurietate Marchionis, nullo medio potuiſſet ſuſtineri. Cum itàque veritatem ipſam defendere profeſſus fuerit, iure omni concludendum eſt, quòd figuratus inceſtus, nec per ſomnium in eius Mente pertranſiuerit, vt ex ſe patet.

153 Sublata autem Cauſa vndequaque frigeſcunt coniecturæ, vel quia in illius defectu nil pænitùs operantur, *Mantic. de tacit. lib.13. tit.35. num.6., Farinacc. de Falſitat., & ſimulat. dicta quæſt.162. num.136., Bonden. collect. legal.5. num.50. Tom. primo, Palma deciſ. Lucen.31. num.22., Rota coram Otthobon. deciſ.238. num.10., coram Merlin. deciſ.58. num.10., coram Caualer. deciſ.406. num.5., in Recent. part.11.*

de-

deciſ.236. num.20., *& part 19. deciſ.529. num.6.*, *& deciſ.660. nu.3.*, vel quia illæ, nec ſingillatim perpenſæ vllam habent releuantiam. Ea enim, quæ ab antecedenti in oppoſitum magnificatur ſiſtens in prouecta Antoniæ ætate, nil prorsùs ſtringit, quia tunc tantummodò à grandæua ætate oritur ſuppoſiti partus coniectura, quando fœmina excedit annum quinquageſimum, numquam verò ſi intra hanc ætatem poſita ſit, vt adhæſiuè ad authoritates allegatas in §.131., *& ſeqq.*, punctualitèr aduertunt *Farinacc. de ſimulatione, & falſitat. quæſt* 150. *ſub num.*252., ibi = *& ſic in Muliere, niſi exceſſerit quinquageſimum annum, ſuppoſiti partus coniectura ſumi non poteſt*, *Maſcard. de probat. concluſ.*1152. *num.*5., optimè *Menoch. de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.*24. *num.*4., *& ſeqq.*, *& ſub num.*10., ibi = *niſi ergò Mulier exceſſerit quinquageſimum annum, coniectura ſuppoſiti partus, nulla ſumi poteſt*, *& Caranz. de part. natural. cap.*5. *ſect.*2. *ſub num.*67.; Fortiùs quia non agitur de Muliere, quæ nullatenùs præcedentèr concepiſſet, ſed de Vidua fertiliſſima, quæ in duobus antecedentibus Coniugijs plures filios progignerat. Sicuti autem in Muliere grandæuæ ætatis, quæ numquàm ampliùs peperit, ſuppoſiti Partus coniectura exoritur, ad tradita per *Farinacc de falſitat. dicta qu.*150. *num.*249., *Maſcard. de probat. dicta concluſ.*1152. *num.*9., ita excluditur in fœmina, quæ fertiliſſimam præcedentèr ſe exhibuit, vt de fœmina quadraginta ſeptem Annorum, benè obſeruat *Menoch. conſil.*537. *ſub num.*4., quin & in hac parte ſit repetibilis exageratio illa, quod Teſtes non deponant vidiſſe Ventrem prægnantem; Tùm quia de hoc præcisè reſtantur non modò Paula Maria, quæ vidit Puerum naſci, *Summario Num.*10. *littera H.*, & Aduocatus Confredus, *dicto Num.*10. *litteris S.*, *& T.*, ſed etiam Hieronymus Villa, *Summario Num.*6. *littera C.*; Tùm rursùs, quia non eſt neceſsè, quod Teſtes de hac circumſtantia deponant, vt probauimus *in* §.96., *& ſeqq.*, vbi latiùs confutatur etiam alia coniectura ex eo deſumpta, quod nulli præter Paulam Mariam afferantur Teſtes, qui Partui præſentes fuerint.

154 Dilatio Baptiſmatis Nicolai Mariæ, nec quidèm à longè confert cum afferta ſuppoſitione Partus, cum nulla Lex terminum præfixum conſtituat ad baptizandum, vt punctualiſſimè reſpondet *Noguerol. in exaduerſo citata allegatione* 25. *num.*74., ibi = *& quod filiam Dominus Ioſeph non baptizauerit quinque Hebdomadis, obſtare non poteſt, cum nulla Lex Canonica, vel Ciuilis ſit, quæ terminum præfixum conſtituat*; Proùt nec reticentia Cognominis Matris, tùm in Examine trium Teſtium peracto ſub Anno 1664., tùm etiam in vtroque Libro Baptiſmatis, & confirmationis. Teſtes nàmque prædicti, iàm in eorum depoſitione exponunt Cauſam iſtius reticentiæ fundatam in honeſtate Mulieris, *Summario Num.*6. *per tot.*, quodque iſtius Cognomen debuerint ex dicta Cauſa occultare, fuit ſuperiùs probatum in §.94.; Quapropter ſi Cognomen impulſu huiuſmodi omiſſum fuit in

dicto

dicto Examine, multò magis illud prætermitti debuit in vtroque ex eiſdem Libris, cum immò in illis talitèr practicari ſoleat ad occultandam infamiam, quæ Genitrici irrogaretur, vt in ſpecie *Gozzadin. conſ.13. num.46.*, *Decian. conſ. primo num.131. lib.3.*, *Pariſ. conſ.10. num.87. lib.2.*, *Rota coram Gelſ. deciſ.226. num.13.*

155 Defectus verò Tractatuum Antoniæ erga Nicolaum Mariam, & Caroli erga eamdem Antoniam non ſubſiſtit, quia illi in vtroque probati ſunt ex deductis in §.56., *&* 124., & de cætero reſpectu Caroli aduertendum eſt, quod ipſe paucis Menſibus poſt ſequutam Natiuitatem Nicolai Mariæ Matrimonium contraxit cum Nobili Muliere Selvagina Centuriona, *Summario Num.*60.; Vndè nec congruum, nec honeſtum erat, quod vt priùs erga Antoniam tractatus proſequeretur. Subdere autem, quod idem Carolus nil in eius Teſtamento reliquerit Paulæ Mariæ filiæ eiuſdem Antoniæ nil prorsùs commune habet cum aſſerta ſuppoſitione, nàm ſi ex defectu obligationis poterat præterire filiam illius fœminæ Illuſtris, quæ ad ſenſum Partis debuiſſet eſſe vera Mater Marchionis, non eſt perceptibile cur in hoc caſu præteritio Paulæ Mariæ debeat prætenſam ſimulationis coniecturam inducere.

156 Pariformi, immò maiori inſubſiſtentia laborat ſimilis aſſertus defectus tractatuum ipſius Marchionis erga dictam Paulam Mariam, & Dominam Mariam Hieronymam eius filiam. Quot enim, qualeſue fuerint tractatus huiuſmodi Superioribus Locis oſtenſum eſt à §.57. *cum pluribus ſeqq.*, *&* §.123., & quamquam in quodam Teſtamento per eum condito ſub Anno 1675., nil, & ipſe, neque vni, neque alteri ex eiſdem Mulieribus reliquerit, hoc tamen proceſſiſſe videtur, vel quia in Marchione nullum eſſet vinculum obligationis, vel quia verius nollet in Alma Vrbe, vbi illud publicè, & apertè confectum fuit, cognationem ſuam cum Perſonis adeò diſparis fortunæ patefacere.

157 Iactata autem inuerisimilitudo, quod Carolus in florida ætate 21. Annorum, voluiſſet coire cum fæmina adeò annoſa, non modò non releuat, ſed in oppoſitum retorquetur. Non quidèm releuat, nàm de Commercio Carnali inter eumdem Carolum, & Antoniam Calciam, deponunt dicti tres Teſtes formitèr examinati de eodem Anno 1664., *Summario Nu.6.*, & alij duo per Marchionem inducti de Anno 1675., *Summario Num.*10. *per tot.*, vndè non eſt præſumptionibus pugnandum, vbi eſt veritas in contrarium, vt notant *Doctores in leg. Imperator*, *§. Cum autem ff. de Legat.2.*, *& in leg. ſi Patruus Cod. commun. vtriuſque Iud.*, *Barſatt. conſ.15. num.20.*, *Rota in Recent. part.19. deciſ.562. num.8.*; In oppoſitum verò retorquetur, quia ſi verè actum fuiſſet de ſupponenda Matre fictitia, numquam credibile eſt, quod ſeligi debuiſſet fœmina adeò grandæuæ ætatis, in qua talis inuerisimilitudo cadere poſſet, proùt opportunè ponderatum fuit in §.144.

Digitized by Google

158 Alia coniectura elicita ex Iudicio moto in Ciuitate Ianuæ per Conſanguineos Marchionis ex latere Paterno ſuper prætenſa excluſione noſtræ Parentelæ, nec merebatur allegari, quia non quid per ipſos in propria Patria ad incutiendum metum Dominæ Principali adeò diſparis conditionis peractum extitit, ſed quid ipſi aſſeruerunt in libello eorum nomine Summo Pontifici expoſito attendendum eſt. Cum autem in libello prædicto non modò admiſerint, ſed poſitiuè probauerint Conſanguinitatem Dominæ Mariæ Hieronymæ cum Defuncto Marchione, vt in *Summario Num.49.*; Si proindè Domini Camerales cum facto eorumdem Conſanguineorum pugnare intendunt, iàm & ipſi hanc Conſanguinitatem admittere debent, cum ab expoſitis Supremo Principi deriuet talis Confeſſio, quæ ampliùs criticari non poteſt iuxta *Aldouin. conſ.75. num.5., Ciarlin. controuerſ. forenſ. lib.2. cap.131. num.35., Rota in Recent. part.19. deciſ.560. num.6.*, cum alijs *in Peruſina Aſſictus 26. Iunij* 1702. S. *Non obſtat coram bon: mem: Muto*.

159 Magiſque omitti poterat altera deſumpta, ex enunciatiua facta per *Cardinalem de Luca in diſcurſ.62. de Donat.* ſuper Nobilitate illius Antoniæ Viduæ, ex qua natus eſt Marchio; Quia vt alibi diximus Author iſte hanc enunciatiuam deduxit ex depoſitione Aduocati Confredi, qui de auditu à Carolo teſtatus fuerat, Antoniam Calciam natam eſſe ex Matre de Nobili Familia Boggiana, vt patet ex PoſitioneOriginalitèr exiſtente penès antedictum Cauſidicum; Vndè ſi Nobilitas eo modo, quo illam intelligere debuit Author de facto concurrit in noſtra Antonia, proùt etiam latè oſtenſum eſt in S.91., *& ſeq.*, en clarum, quod non coniectura ſuppoſiti Partus, ſed vera potiùs demonſtratio illius veritatis in hac parte promanat.

160 Omittimus verbum facere de aſſertis difficultatibus incurſis in habendis Teſtibus examinatis de Anno 1675., quas Domini contrarij Defenſores deducunt pro alia coniectura ſuppoſitionis. Quia illarum ſiniſtra interpretatio, iàm fuit peramplè patefacta in S.101. *cum tribus ſeqq.*; Proùt miſſam facimus circumſtantiam ingentis Donationis per Carolum collatæ in Marchionem, quæ ad ſenſum Partis diceretur exceſſiua, quotiès ille natus eſſet ex noſtra Antonia, quia qualitas illegitimi non à conditione Genitricis, ſed Patris metienda eſt. Quocirca cum Carolus Pater poſſideret pinguiſſimum Patrimonium ferè aſcendens ad decies centena millia ſcutorum, vtiquè Donatio non excedens Decimam dicti Aſſis partem, nequaquam poteſt de aſſerto exceſſu, modo aliquo, redargui, præſertim, quia dictum Mar[illegible]m iàm agnouerat in ſuum, immò iàm à Triennio antè curauerat inter Nobiles Ianuenſes adſcribi, quapropter omninò conſtat, vt de ſufficienti Patrimonio ad ſeruandam Natiuam, & [illegible]ſignem Nobilitatem, opportunè prouideretur.

[illegible]ſiſtit Calamus à ſatis faraginoſa allegatione; Non autem [illegible] mirùm ſi in defenſione prolixiores vltra ſolitum effecti

fui-

ſuimus, nàm ità exigebat Cauſæ neceſſitas, vt Iura Dominæ Principalis vindicias ab obiectis in biſcentum plenis folijs Aduerſantium allegationum expoſitis, in parte qualibet aſſequerentur. Noſque præterea arbitrati fuimus nulli in Cauſa labori parcendum eſſe, vt rei veritas non periret, animaduertentes, quot Deus mirabilia fecerit pro veritate ipſa. Etſi enim Domina Maria Hieronyma optimè ſciret Succeſſionem ſibi, tamquam vnicæ Conſanguineæ Marchionis ex Materno latere fore debitam, conatus tamen omnes in parandis opportunis probationibus, ſiue ob temporis iniuriam, ſiue ob præpotentiam Collitigantium in Patria ſua, fortaſsè fuiſſent inutilitèr impenſi, niſi ipſe Deus operatus eſſet, quod Marchio documenta omnia eamdem rei veritatem concludentia in ſuis Scrinijs aſſeruaret, & ſic Domina Principalis eas probationes, quas de facili in Patria habere haud potuit, Diuina adiutrice manu, in Vrbe adinueniret. Reliquum igitur eſt, quod Illuſtriſſimus Dominus, ità patrocinante Iuſtitia, dignetur dictæ Dominæ Hieronymæ iàm expetitam Immiſſionem decernere, vt ea valeat obtinere fructum Benedictionis, quam accepit à Domino. Si nàmque vt vidimus in §.24. Ius noſtrum litteralitèr præſcribit, quod data etiam minima dubietate, arbitrium Iudicantis contra Fiſcum flecti debeat, multò fortiùs contra Cameram definienda venit hæc quæſtio, quæ ſcrutatis Cauſæ viſceribus, nec vix minimam dubietatem admittit. Signantèr quia ſi quilibet bonus Princeps ità oculatus, vt in dubio Priuatum velit ſuo Fiſco præualere, vt antiquioribus omiſſis exemplis pandunt aurea verba Philippi Secundi Hyſpaniarum Regis, directa ad alterum ex ſuis Iudicibus, & relata per *Larr. allegat. Fiſcal. in Proæmio ſub num.9.* = *Doctor ſemper in Cura habe, & renuncia Senatui, in dubio ſemper contra me iudicandum*; Quid erit dicendum ſub Optimo Regnantis Pontificis Regimine, qui talitèr Iuſtitiam mirùm vbiquè in modum cum *CLEMENTIA* miſcet, vt nemini meliùs conuenire poſſint verba Plinij in Panegirico ad Traianum; = *Quæ tua maxima gloria eſt Cæſar, ſæpè vincitur Fiſcus, cuius numquam mala Cauſa eſt, niſi ſub bono Principe*, in ſimilibus terminis relat. per *Caſſador. variar. Epiſt. lib.4. Epiſt.38.*, *Caluin. de æquitat. cap.174. num. primo, & ſeqq.*, *Simancboper. tit.9. num.54.*, *Rota in celebri Sarſinaten. Feudi coram Dunozett. Iun. deciſ.748. ſub num.41. verſ. ſub Optimo Principe*.

Quare &c.

A. Franciſcus de Valentibus } Aduoc.
Ioannes Baptiſta Meſmerus }

Guglielmus Ricca.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUMMARIUM.

PARS PRIMA.

Continens probationem Deſcendentię D. Marię Hieronymę Arnaldę ab Antonia Calcia.

Ex Libro Matrimoniorum Eccleſia Parochialis Sancti Andreæ Genuæ
Pag. 119.

1616. Adì 31. di Gennaro &c.

IO P. Gio: Battiſta Barilario Curato in S. Andrea hauendo fatto le ſolite denunzie &c. hò congionto in Matrimonio Antonia figlia del quond. Giacomo Lagorio con Gio. Antonio Calcia &c.

Num. 1. Fides matrimonij inter Antoniã Lagoriam, & Io. Antonium Calcium eius primum Virũ.

Ex Libro Baptizatorum Eccleſia Parochialis S. Georgei Genuæ &c.

1624. 4. Decembris.

Baptizata fuit filia Ioannis Antonij Calciæ &c. & Antonię Coniugum, cui nomen per me Presbyterum Ioannem Antonium Roccataliatam Curatum huius Eccleſiæ fuit impoſitum Paula Maria.

Num. 2. Fides Baptiſmatis Paulæ Mariæ, ex qua conſtat eam eſſe filiam Antonię Lagoriæ, & Io. Antonij Calcij.

Ex Libro Matrimoniorum Eccleſia Parochialis S. Mariæ Vinearum Genuæ.

1646. 30. Nouembris.

D. Laurentium à Gregorio &c. & D. Paulam Mariam filiam qu. Ioannis Antonij Calciæ &c. denunciationibus præmiſſis &c. P. Io. Baptiſta Vignola Curatus &c. Matrimonio coniunxit &c. præſentibus &c.

Num. 3. Fides matrimonij inter Paulam Mariam Calciam, & Laurentium à Gregorio.

Ex Libro Baptizatorum Eccleſia Parochialis S. Vincentij Genuæ &c.

1664. 25. Nouembris.

Maria Hieronyma filia Laurentij de Gregorijs, & Paulæ Coniugum nata die 23. dicti baptizata fuit per P. Ioannem Baptiſtam Curatum.

Num. 4. Fides Baptiſmatis D. Mariæ Hieronymæ, ex qua conſtat eam eſſe filiã Paulę Mariæ Calciæ.

Digitized by Google

Num. 5.

Teſtes deponentes de deſcendentia D. Principalis ab Antonia Calcia.

1694. prima Februarij.

Sp. D. IOANNES AVGVSTINVS PERI &c. examinatus &c. tactis &c. dixit.

Io dico eſſer la verità, che in tempo del paſſato Contaggio paſsò all'altra vita quì in Genoua la quond. Aurelia Boggiana di queſta Città, che era figlia del quond. Sinibaldo Boggiano, e moglie vedoua del quond. Giacomo Lagorio, quale non laſciò altro diſcendente doppo di ſe, che la Sig. Paola Maria Calcia hora moglie vedoua del quond. Lorenzo da Gregorio, la quale era ſua Nipote, poiche era figlia della quond. Antonia moglie del quond. Gio: Antonio Calcia, e figlia di detta quond. Aurelia, la quale Antonia premorſe alla madre.

1694. die 8. Februarij.

A
Deponit, Paulam Mariam fuiſſe filiã Antoniæ Calciæ.

MARIA FRANCISCA GVIDA &c. examinata &c. tactis &c.
Io mi ricordo beniſſimo, che in tempo del paſſato Contaggio conobbi la quond. Sig. Aurelia Boggiana di queſta Città, la quale haueua in Caſa vna figlia vedoua, che ſi chiamaua la Signora Antonia, quale Signora Antonia haueua tre figlie, vna haueua nome Anna Maria, e l'altra Paola Maria, e della terza non mi ricordo il nome, e mi ricordo anche, che nel tempo ſudetto di Contaggio morirno dette Signore, e detta Anna Maria, & altre figlie &c. mi ricordo anche, che riſpetto alla Paola Maria, queſta fù portata per il male del Contaggio alla Conſolatione, e che guarita, che fu, venne alla detta Caſa &c. quale Paola Maria ſi poſe in caſa, e ſtette in quella godendo quello vi era rimaſto, dimoſtrandoſene erede, e padrona &c.

1694. die 30. Martij.

B
Hoc idem deponit alter Teſtis.

D. NICOLAVS MARIA MAINERIVS &c. examin. &c. iur. &c.
Io dico, che è paſſata da queſta all'altra vita in tempo del paſſato Contaggio la quond. Sig. Aurelia Boggiana di queſta Città figlia del quondam Sinibaldo Boggiano, e moglie del quond. Giacomo Lagorio, la quale non hà laſciato altri doppo di ſe, che la NOBIL Paola Maria Calcia vedoua del qu. Lorenzo da Gregorio ſua Nipote, eſſendo, che queſta è figlia della quond. Antonia moglie del quondam Giouan' Antonio Calcia, che era figlia di detta quond. Aurelia, la quale premorſe alla detta quond. Aurelia, e tutto quanto ſopra lo sò, perche conoſco detta Signora Paola Maria, che reſta ſuocera del Sig. Gio: Domenico Arnaldo, e perche così hò ſempre ſentito dire, & hauer viſto anche ſcritture da' quali ſi ricaua quanto hò detto di ſopra &c.

1694. die 7. Iunij.

C

D. FRANCISCVS BELVISIVS &c. examinatus &c. tactis &c. dixit &c.

Io

Io dico, che hò conoſciuto prima del paſſato Contaggio la quond. Aurelia Boggiana di queſta Città, che era figlia del quond. Sinibaldo Boggiano, e moglie del quond. Giacomo Lagorio, la quale non hà laſciato altri diſcendenti doppo di sè, che Paola Maria Calcia moglie vedoua del qu. Lorenzo da Gregorio, che li reſtaua Nipote per eſſer figlia della quondam Antonia moglie del quondam Giouanni Antonio Calcia.

1714. 4. Aprilis.

Sp. IOANNES AVGVSTINVS PERI &c. examinatus &c. tactis &c. dixit &c. *Omiſſis alijs &c.*

Che detta Signora Antonia prima, che partoriſſe detto Illuſtriſſimo Sig. Nicolò Maria era vedoua del quond. Gio: Antonio Calcia, & era figlia di Giacomo Lagorio, e di Aurelia Boggiana giogali, e che da detta Antonia Calcia, atteſo il Contaggio, che fù in queſta Città dell'anno 1656. in 1657. incirca non vi è reſtato altro diſcendente d'eſſa, che la Signora Paola Maria Calcia morta ſedici anni ſono quale hebbe dal detto Gio. Antonio Calcia ſuo marito, e la quale Sig. Paola Maria Calcia fù maritata nel qu. Lorenzo de Gregorij, hauendo laſciato doppo di ſe la Signora Maria Girolama ſua figlia di preſente moglie del Signor Giouanni Domenico Arnaldi.

D Hic Teſtis deponit Paulam Mariam fuiſſe filiã Antoniæ Calciæ, & eamdem Paulam Mariã genuiſſe *D.* Mariam Hieronymam.

1714. 5. Aprilis.

NICOLAVS GIRATTVS &c. Iuramento &c. dixit &c.

Io dico hauer conoſciuto vna Signora, che ſi chiamaua Antonia Calcia, quale era vedoua, ed haueua vna figlia, che ſi chiamaua Paola Maria &c.

E Antonia Calcia fuit mater Paulæ Mariæ.

1714. 30. Aprilis.

D. MARIA CATHERINA VARESII &c. Iuram. &c. dixit &c.

Dico in oltre &c. che nella medema Caſa vi ſono ſtata ancor' Io da fanciulla in compagnia di mia Madre, che mi vi conduceua per vedere detta Sig. Antonia, che era amica d'eſſa mia madre, e che detta Sig. Antonia haueua vna figlia, che ſi chiamaua Paola Maria &c.

F Id ipſum deponit alia Teſtis.

1714. 22. Aprilis.

MARIA MVSSI &c. Iuramento &c. dixit &c.

Mi ricordo beniſſimo, che detta mia Aua Paterna &c. andaua à viſitare vna ſorella vterina del medeſimo Sig. Nicolò Maria, la quale &c. ſi chiamaua Paola Maria &c., e che detta Signora Paola Maria haueua vna figlia chiamata Maria Girolama, che al preſente è moglie del Signor Gio. Domenico Arnaldi &c.

G Paula Maria fuit mater *D.* Mariæ Hieronymæ.

1714. 6. Aprilis.

ANGELA MARIA &c. DE STEPHANINIS &c. Seruo da 40. an-

H Idem habetur ex depoſitione illius Teſtis.

40. anni in quà le RR. Monache del Reu. Monaſtero de' Santi Giacomo, e Filippo di queſta Città &c., e mi ricordo beniſſimo, che nelli primi cinque ò ſei anni del ſudetto tempo, veniua ſpeſſe volte, e quaſi giornalmente al medeſimo Monaſtero vna Signora, che ſi chiamaua Paola Maria &c. in compagnia d'vna ſua figlia chiamata Maria Girolama &c. e che ſi diceua, che detta Sig. Paola Maria &c. era ſorella del Sig. Nicolò Maria Pallauicini &c.

Sequuntur alij plures Teſtes idem comprobantes, qui breuitatis gratia omittuntur.

PARS II.

Continens Probationes Conſanguinitatis D. Mariç Hieronymç Arnaldç cum bonç memoriç Marchione Nicolao Maria Pallauicino, ac Filiationis prædicti Marchionis Nicolai Mariç ex Antonia Calcia.

1664. Die Sabbathi 2. Auguſti in Cancellaria Sereniſſimi Senatus.

Num. 6.
Teſtes examinati ad inſtantiam Caroli Patris Marchionis de anno 1664.

HIERONYMVS VILLA &c. Teſtis &c. examinatus ad inſtantiam M. Caroli Pallauicini qu. Nicolai probare intendentis de infraſcriptis dixit &c.

A
Hieronymus Villa deponit Nicolaum Mariam eſſe filium Antoniæ Viduæ.

Io dico, che il Mag. Nicolò Maria d'età d' anni 14. in circa è figlio naturale del Mag. Carlo Pallauicino nato da eſſo, e dalla SIGNORA ANTONIA, *di quale non conuiene dire il cognome*, mentre detto Mag. Carlo, e detta Signora Antonia erano tutti due ſciolti, & in ſtato libero, cioè detto Magnifico Carlo non ancor maritato, *e detta Signora Antonia in ſtato Vedouile*; & è l'iſteſſo, che ſi contiene in queſta fede da V. S. lettami.

B
Deponit vidiſſe Antoniam, & Carolũ conuerſari in vtriuſque Domo.

C
Inquit vidiſſe Antoniam grauidã de eodem Carolo, atque ex tali prægnãtia ortum eſſe Nicolaum Mariam.

De cauſa ſcientiæ. Reſpondit = Sò le predette coſe per auer conoſciuto la detta Signora Antonia, e conoſcere detto Magnifico Carlo, e per auer viſto praticare inſieme detto Magnifico Carlo, e detta Signora Antonia tanto in caſa di detto Magnifico Carlo, quanto in Caſa di detta Signora Antonia, anche prima, che naſceſſe detto Mag. Nicolò Maria, *come anche auer viſta detta Signora Antonia GRAVIDA*, e ſaputo, che era grauida di detto Sig. Carlo, e per ſapere anche quando nac-

Digitized by Google

nacque detto Magnifico Nicolò Maria, che fù ò il giorno di S.Antonio, ò la Vigilia di detto Santo, *che fù allevato dalla buona Donna, che ſi chiama Cecilia*, ſe mal non mi ricordo, che viue ancora al preſente; & abita in vna Bottega da Vetraro in Soſſilia. Per ſapere ancora doue detto Magnifico Nicolò Maria fù dato ad alleuare, che fù à S. Bartolomeo di Staggeno, viuendo ancora la ſua Mamma, doue il Sig. Carlo andaua ſpeſſo à vederlo, e mi conduſſe ſeco ancora Io vna, ò due volte, quale Magnif. Nicolò Maria detto Magnif. Carlo doppo auerlo dato à Mamma, lo fece del meſe di Luglio di detto anno, che nacque, portare à Genoua, e lo fece battezzare dal Reu. Padre Franceſco Poggio Parochiano della Parochia di S. Pancrario de' Pallauicini nella Chieſa di S. Stefano, e furono Padrini il Sign. Stefano Pallauicini fratello di detto Magnif. Carlo, e la Reu. Suor Giouanna Maria Pallauicina Sorella di detto Magnif. Carlo, & in nome delli ſudetti fù tenuto à Batteſimo per parte del Sig. Stefano da me, e per parte della detta Suor Giouanna Maria da Bianca Montelugo, *quale Magnif. Nicolò Maria leuato poi da Mamma*, *E PORTATO IN CASA DELLA MADRE* fù detto Sign. Carlo conſigliato à leuarglielo ad inſtanza de' Parenti, e perche aueua ſoggetto del Magnif. Nicolò ſuo Padre, lo diede à me Teſtimonio à Scotto, e lo tenni in mia Caſa due anni in circa, morto poi il Sign. Nicolò, dopò vn meſe detto Magnif. Carlo ſe lo preſe, e conduſſe in Caſa ſua, doue ſempre è viſſuto, e viue continuamente, e dall'iſteſſo Magnifico Carlo detto Magnifico Nicolò Maria è tenuto per ſuo figlio naturale, al quale d. Magnif. Carlo poſe il nome di detto ſuo Padre, e di ſua Madre &c.

D Obſtetrix fuit mulier nomine Cæcilia.

E Nicolaus Maria ſtatim natus fuit traditus Nutrici habitati in loco nuncupat. S. Bartholomæi de Stageno.

F Teſtis fuit Patrinus in Baptiſmate nomine Principis Stephani Pallauicini.

G Nicolaus Maria auulſus à Nutrice fuit delatus ad Domum Antoniæ Matris.

H Et poſtea traditus Teſti pro educatione.

Die ea.

D. IO. BAPTISTA COLVMBVS &c. Teſtis ad prædictam inſtantiam &c. dixit &c.

Io dico, che il Magnifico Nicolò Maria Pallauicino d'età d'anni quatordeci in circa, è figlio naturale del Magnifico Carlo Pallauicino quondam Nicolai, nato da lui, mentre era libero, *e dalla Signora Antonia ancor lei libera per eſſer Vedoua*, & è l'iſteſſo contenuto nella fede del Batteſimo da Voſtra Signoria lettami.

De cauſa ſcientiæ &c. Reſpondit. Sò le predette coſe per auer viſto detta Signor'Antonia venire in caſa di detto Magnifico Carlo, & andare ancor lui in caſa di detta Signor'Antonia, e queſt'amicitia durò frà di loro vn gran tempo, e poi detta Signor'Antonia partorì detto Magnifico Nicolò Maria, quale detto Magnifico Carlo *diede à Mamma in Biſagno*, e dopò di auerlo leuato da Mamma lo miſe à Scotto in caſa del Sign.

I Io: Baptiſta Colũbus deponit Marchionem natum eſſe ex Antonia Vidua.

K Inquit hoc ſcire quia vidit multo tempore practicare Carolum cum dicta Antonia, & quia tunc inſeruiebat in Domo eiuſdem Caroli.

L Nicolaus Maria fuit traditus Nutrici in Biſagno.

Girolamo Villa, perche non voleua, che il Magnifico Nicolò ſuo Padre lo vedeſſe, nè ſapeſſe, che aueua detto figlio naturale, e quando poi morſe detto Magnifico Nicolò, detto Magnifico Carlo ſe lo preſe in caſa ſua, doue anche al preſente ſi ritroua, e detto Magnifico Carlo lo tiene per ſuo figlio naturale, e sò le predette coſe per auer pratticato auanti, che detto Magnifico Nicolò Maria foſſe nato per molto tempo in caſa di d. Magnifico Carlo ſuo Padre, doue ancò al preſente prattico.

Ea.

M
Auguſtinus Spinetta pariter deponit Nicolaum Mariam eſſe filium Caroli Pallauicini, & Antoniæ.

AVGVSTINVS SPINETTA &c. Teſtis &c. ad eamdem inſtantiam dixit &c.

Io dico, che il Magnifico Nicolò Maria Pallauicino d'anni quatordici in circa, è figlio naturale del detto Magnifico Carlo Pallauicino nato da lui, e dalla Sig. Antonia, *il di cui Cognome tralaſcio per boneſtà*, & è l'iſteſſo, che ſi contiene nella fede di Batteſimo da voi lettami.

N
Inquit hoc ſcire quia tunc inſeruiebat Carolo in qualitate pediſſequi, vulgò PAGGIO, & viderat practicare familiariter eundẽ Carolum in Domo d. Antoniæ.

O
Teſtis de mandato dicti M. Caroli deferebat dona ad domum Antoniæ.

P
Partus fuit traditus nutrici in Biſagno di Stageno.

